



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sol Triplex In Eodem Universo**

**Hermann, Amand**

**Sultzbaci, 1676**

Disputatio Quarta. De Potentiis Animæ Vegetativæ, & Sensitivæ in  
communi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)



## QUÆSTIO I.

Quæ sint potentia animae vegetativae, & quomodo distinguantur.

I.  
Anima vegetativa tres habet operationes.

Accedendo ad resolvendam primam partem, Notandum, Animam vegetativam tres habere operationes, scilicet Nutritionem, Augmentationem, & Generationem, licet eas non semper & in omnibus exerceat viventibus, nam quamvis nutritio & augmentatio omnibus conveniant, & earum actus sint semper connexi fumendo augmentationem pro acquisitione cujuscunque quantitatis, non tamen generatio omnibus & semper convenit, non omnibus nam reperiuntur quaedam, plantarum & animalium species quæ solum ex putri generari possunt, quod haud dubiè ab intrinseco illis competit, & non ab extrinseco, sicut spadonibus, nam quia videmus quod huiusmodi viventia omnia defectum generandi habeant, dicendum est hoc provenire à principio intrinseco, sic dicimus carentiam potentia visiva in talpa ex eodem capite non provenire ab extrinseco, sed ab intrinseco: Neque etiam reperitur generatio semper ubi sunt omnes tres potentia, nam pueri ante perfectam ætatem generare non possunt. Secundum dictas ergo operationes ternas triplex etiam potentia ponitur in anima vegetativa, scilicet nutritiva, augmentativa, & generativa; Nutritiva spectat ad conservationem individui, ut restauretur quod per actionem caloris naturalis deperditur, nam ab Aristotele definitur 2. anim. t. 48. *Potentia quæ vivens conservat seipsum quatenus est huiusmodi, id est quatenus est hoc in individuo: Potentia nutritiva dividitur adhuc in attractivam, quæ vivens alimentum necessarium attrahit; retentivam quæ partes attractas retinet, ut in se convertat, vel ut exactius disponantur: Expulsivam, quæ partes inutiles & nocivas rejicit, vel partes alias ad alias transmittit: Secretivam, seu separativam, quæ partes puriores ab impuriorebus secernuntur; & appetitivam, quæ quilibet pars appetit alimentum necessarium, dum illo caret: Potentia augmentativa est etiam ad individui conservationem, sed & simul perfectionem, videlicet ut eidem debitam molem & quantitatem acquirat: Generativa denique est ad conservationem speciei, nam quodlibet vivens habet appetitum, ut se in perpetuum conservet, & cum hoc non possit in individuo facit in specie. Hæc pro prima parte, sed*

Nutritiva multiplex.

II.  
Anima separata non habet actiones sensitivas.

Accedendo ad secundam partem oritur difficultas ideo, quia modò dixi has tres operationes & actiones esse distinctas & separabiles, an etiam earum principia, seu potentia inter se distinguantur, ante resolutionem notandum, animam separatam nullam posse habere, vel recipere actionem sensitivam seu organicam, ut videre, audire, nutrire, quia ut Scotus inquit 4. d. 45. q. 5. Actiones huiusmodi sunt primò compositi ex materia & forma sicut proprii receptivi, unde illarum operationum immediatum receptivum est organum quod est compositum ex anima & determinata parte corporis, non pars animæ neque illa for-

ma mixtionis quæ est ibi in illa determinata parte, sed forma totius organi eo modo quo humanitas est forma totius hominis, unde immediatum receptivum est organum, ratio vero formalis recipiendi est forma totalis prædicti organi, & sic constituitur perfecta aliqua nova resultans ex utroque; Hoc ergo notato

Dico primò: Potentia generativa distinguitur realiter à nutritiva & augmentativa. Scoti 4. d. 10. q. 7. A. Probatur: Quia nutritiva per totum corpus spargitur, & per totum corpus est diffusa, generativa autem rehdet solum in parte concoctiva, & conservativa seminis, imò in aliquibus ut dixi, planè non reperitur, ergò distinguuntur realiter; probatur consequentia, quia ideo gustativa & tactiva dicuntur distinguuntur realiter, quia gustativa est in determinata corporis parte v. g. lingua, tactiva verò per totum corpus, vel saltem pluribus partibus diffusa, ergò etiam generativa distinguitur ab augmentativa & nutritiva, nam potentia istæ completæ consistunt in facultate anime, & parte corporis determinata. Neque dicas generativam esse etiam in toto diffusam corpore, quia alioquin possem dicere, sic etiam diffusam esse gustativam, quod nemo dicit. Deinde si in aliis partibus nunquam habet dispositiones sufficientes, ad illos actus frustra in illis ponitur, adeoque in determinata parte stantia erit, sive illa sit cor, sive hepar, aut renam arteria. Quòd autem in effusione seminis fertur languor in omnibus membris, oritur inde, quia evacuato subiecto generativis potentia effectrix seminis totum corpus pervagatur attrahendo sanguinem ad novum semen generandum, non verò quòd potentia generativa sit per totum diffusa corpus. Sed

Opponitur Autoritas Aristotelis 2. Gen. 4. & 2. de an. t. 42. & 54. contrarium omnino asserentis: Sed Respondeo explicando Aristotelem eum scilicet velle omnes potentias esse unam potentiam vegetativam generatorem, non verò specie, ego verò eas ob rationes specie distinguo.

Instatur: Nulla est necessitas multiplicandi has potentias specie, ergò probatur antecedens; Quia eadem nutritiva virus potest ex eodem alimento sanguinem efficere, mellullam, semen, &c. juxta quod exigunt diversa partes carnis, ossis, &c. ergò, &c. Respondeo negando antecedens cum sua probatione, nam falsum est potentiam putrivam carnis esse ejusdem speciei cum potentia nutritiva ossis, sed quidquid sit de hoc Respondeo secundò negando antecedens, ad probationem nego consequentiam, quia semen cum omnino specie differat ab aliis propter virtutem formativam corporis, requirit aliam virtutem.

Urgetur: Omnes istæ potentia habent idem objectum scilicet alimentum, ergò cum actus & potentia specificentur ab objectis omnes istæ potentia erunt identificata. Sed Respondeo distinguendo antecedens, habent idem objectum remotum concedo; proximum nego, nam nutritiva respicit potentiam viventem partialem ex alimento producibilem, generativa

nerativa verò substantiam seminis ex eodem alimento.

**Dico secundò.** Potentia nutritiva, &

augmentativa non distinguuntur realiter inter se. Ita Doctor 2. d. 16. q. 1. §. Dico igitur. Probatur: Omne quod melius ponendum est in natura, dummodo sit possibile, ut dicit Aristoteles 2. Gen. t. 59. quia natura semper desiderat id quod melius est, sed ex ipso Aristotele 1. Phys. t. 41. & 56. unitas est melior, quam multiplicitas, ergò cum hic nulla sit necessitas, non est asserendum eas esse distinctas, quòd autem nulla sit necessitas, probatur, quia si aliqua esset maxime, quia actus sunt distincti, sed hæc nulla est, ergò. Probatur minor, quia non est inconveniens actus specie distinctos provenire ab eadem potentia, eadem enim substantia mediante suâ potentia est productiva accidentis, ne detur processus in infinitum in accidentibus, & est etiam productiva substantiæ, ergò eadem substantia potest esse ad substantiam & quantitatem, ergò. Nec refert, quòd esset augmentatio, postquam vivens ad certam devenit magnitudinem, nam ex hoc non sequitur eam definire, nam etiam in fene cessat potentia nutritiva, quam tamen non distinguunt adversarij à potentia nutritiva juvenis.

**VI.** Dices: Nutritiva potentia habet pro objecto alimentum ut substantia est, & augmentatio habet alimentum idem, sed ut est quantum, ergò diversi actus erunt circa hæc objecta, ergò etiam debebunt esse diversæ potentia. Sed Respondeo concedendo antecedens, negando consequentiam, quia non necessariò tanta debet esse distinctio in principiis sicut in principiis, intellectio & volitio realiter distinguuntur, non tamen intellectus & voluntas, sic augmentatio & nutritio distinguuntur, possunt tamen ab eodem principio provenire, substantia producere potest tam substantiam, quam accidentia, ergò, &c. vel ad summum inferre poteris distinctionem formalem, non verò realem.

**QUÆSTIO II.**

Quæ sint potentia animæ sensitivæ & quomodo earum sit objectum sensibile &

**I.** Prima pars Tituli difficultatem non habet, nam sicut tres communiter assignantur operationes vitales sensitivæ, scilicet, *sensio*, seu *sensatio*, *appetitio* & *motus localis*, ita etiam tres solent assignari potentia, scilicet *cognoscitiva*, seu *sensitiva*, *appetitiva* & *loco motiva*; prima res sensibiles percipit, quare in externam & internam partitur; secunda appetit commodum & consequenter incommodum fugit, ideo a quibusdam dividitur in concupiscibilem & irascibilem; tertia inservit ad acquirendum bonum concupitum & fugiendum malum apprehensum, & est duplex perfecta scilicet quæ causat perfectum motum localem de loco ad locum, & imperfecta quæ solum imperfectum motum localem causat, dilationis scilicet, & constrictionis. Hæc tria potentiarum genera omnem

animam sensitivam concomitantur in omnibus animalibus, licet non necessariò secundum omnes species, nam multa animalia carent quibusdam sensibus internis & externis, & multa sunt quæ perfectam motivam non habent, ob quam causam Aristoteles 3. an. t. 45. dixit, potentiam loco motivam non convenire omnibus animalibus intelligendo eum scilicet de potentia loco motiva perfecta, nam nullum est animal quod non haberet potentiam loco motivam imperfectam, quare gratis dicitur hanc imperfectam convenire etiam plantis ut ex multis Historiis & experienciis deducere conantur, cum totum hoc facile explicetur, similes motus in plantis fieri per antipathiam & naturalem, aversionem, vel conversionem ad ea, ad quæ se convertere vel avertere nituntur, & hoc sufficiat pro prima parte. Pro secunda parte

**Notandum, Quòd quemadmodum**

sensus dupliciter sumitur, sic etiam objectum sensibile dupliciter sumi debere, nam sensus inprimis sumitur strictè, & pro potentia animæ sentientis, prout distinguitur à potentia appetitiva, & loco motiva. Secundò sumitur largius, prout nobis circumscribit gradum illum medium inter vegetativam animam, & rationalem, quo modo dicitur principium radicale sentiendi, appetendi, & loco movendi, estque ipsa anima sensitiva, sub qua consideratione appellantur etiam potentia appetitiva, & loco motiva sensitivæ, sicut si rationale strictè sumatur pro potentia apprehensiva, & diffusiva, de solo intellectu dici potest, at si largè accipiatur prout significat gradum vitæ intellectualis, etiam voluntati convenit. Ita pariter de sensibili loquendo quatenus correspondet sensui in rigore accepto, est id, quod solum potentia sensitivæ objici potest, in quantum ab appetibili distinguitur; acceptum verò sensibile in largiori modo, est illud quodcunque sensui objici potest, seu potentis animæ sentientis, quomodo etiam appetibile sensibile dicitur. Sensibilitas autem in objecto dupliciter considerari potest, vel formaliter, vel fundamentaliter, primo modo dicit aptitudinem & passionem, quæ objectum potens est concurrere ad sensationem immediatè, vel mediante specie, aut saltem illam terminat: Secundo modo dicit aptitudinis illius radicem, estque ipsa objecti essentia.

**Notandum secundò.** Sensibile

esse, quod terminat sensationem, estque duplex, *Per se*, & *per accidens*; *per se* est, quod ex se immediatè terminat actum sensationis, caditque sub sensum; *per accidens* verò est, quod est unitum sensibili per se, sive aliquid conferat ad istud sensibile, ut faciunt substantiæ, quæ aliquo modo pertinent ad accidentia, quæ sunt sensibilia per se, sustentando illa, sive nihil, ut est relatio filiationis, verbi gratiâ, Filius in Petro, vel similitudinis, qualiter dicimus nos vidisse filium Petri, quamvis visu relationem illam non attingamus, sed solum fundamentum. Sensibile *per se* iterum duplex est, *Proprium* videlicet & *Commune*; *Proprium* est, quod ab uno solo sensu percipi potest, *Commune*, quod à pluribus,

**II.**

Sicut genus dupliciter sumitur ita etiam sensibile.

**VI.**

Expleto istis sensibus, quæ sunt in natura, quæ sunt in sensu.

**III.**

Aliud est per se, aliud per accidens.

ribus, exemplum primi color est objectum visus tantum, sonus auditus, &c. Secundi generis sunt quinque nempe *Motus, Quies, Numerus, Figura, & Magnitudo*, quæ non modò ab Aristotele ponuntur, sed etiam ex D. Augustino deducuntur lib. de duabus animabus, c. 6. *Quærentem quid ad sensum proprie pertinet ocolorum, invenirent colores, quorum principatum lux obtineret, hæc enim sunt quæ nullus alius sensu attingit. Varii motus corporum, & magnitudines & intervalla (quies ab Aristotele appellatur) & Figuras, quamvis & oculis, non tamen proprie, sed tactu etiam posse sentiri. Et lib. 2. lib. arb. cap. 3. Quid corporum formas magnas, breves, quadras, rotundas, & si quid hujusmodi est, nonne & tangendo, & videndo sentimus? Et ideo nec visui proprie, nec tactui tribui possunt, sed utriq.* Intellegis ergò, & quædam singulos sensu habere propria, de quibus renunciant, & quædam quosdam habere communia. Numerum autem addit lib. 11. Trinit. 11. dicens *Objectum ipsius est numerus. Attamen notandum, quod, ut enumerata dicantur sensibilia communia, non debere sumi formaliter, sed fundamentaliter, nam in motu formalitas ejus, seu respectus percipi non potest à sensu, sed res fluentes; nec quies prout simplicem dicit motus privationem, sed pro permanentia rei in eodem statu; nec numerus nisi in quantum significat res ipsas numeratas; nec Figura prout dicit partes rei figurate; Ad figuram reducitur asperitas, curvitas, rectitudo; Ad quantitatem distantia, situs, &c.*

IV.  
Ut aliquid sit objectum sensibile quatuor debent esse conditiones.

**Notandum tertio:** Ut aliquid sit objectum sensibile communiter quatuor requiri conditiones, prima est, ut sit ens reale, quia sensibile debet immittere in sensum speciem sui quæ est realis, nam non ens nequit speciem sui causare, quare excluduntur ab objecto sensibili entia rationis, negationes & extrinsecæ denominationes. Secunda est quòd sit res singularis, unde nature communes præcisà singularitate non cadunt sub sensum, unde dicit Aristoteles 2. an. t. 60. scientiam esse universalium, sensum verò singularium. Tertia conditio est, quòd sit res corporalis & non spiritalis. Quarta denique quòd sit accidens & non substantia: de posterioribus itaque duabus conditionibus controvertitur, num necessariò tales sint ut contrarium esse non possit, & ut mentem meam aperiam, incipio ab ultima, &

V.  
Debet esse accidentale.

**Dico I.** Ut aliquid sit sensibile necessariò debet esse reale, & id accidentale. Prima pars est expressè D. Augustini supra dicentis: *Quidquid enim sentimus aspectu non potest videri, quare si defectu ille (lucis) neq. visu neq. alio sensu sentiretur, non posset inter sensibilia numerari, nihil enim sensibile est quod sentiri non potest.* Si placeret autem omnia sensibilia nominare, non modò ea, quæ sentiremur sed etiam ea, quæ non sentiendo, tamen per corpus judicarem, sicut per oculos tenebras & per aures silentium, & illas enim non videndo, & has non audiendo cognoscimus, nullam de verbo facerem controversiam, sed totam questionem facili divisione dissolverem. Et expos. in Epist. ad Rom. q. 43. *Tenebræ non videntur, sed luci comparatione sentiuntur, hoc est autem sentire tenebras, non videre.*

Ac tandem contra Epist. fundam. cap. 13. dicit: *Tenebras oculis non videndo discerni, sicut silensium auribus non audiendo, non quia tenebræ sunt aliquid, sed quia lux non est, sicut non quia silentium est aliquid, sed quia sonus non est.* Secunda pars est Phylosophi 2. Anima t. 63. & 65. dicentis *Nullam substantiam esse per se sensibilem, sed tantum mediis accidentibus.* Scoti in 1. d. 3. q. 3. K. dicentis: *nullus igitur conceptus quidam habetur naturaliter de substantia, immediate capitur a substantia, sed tantum causatum vel abstractum primò ab accidente, & illud non est nisi conceptus tertius.* Ubi Scotus non tantum de sensu, sed etiam de intellectu loquitur, ergò multo minus à sensu percipi poterit. Probatur etiam ratione, si præsentia substantiæ immediate mutaret sensum vel cognitionem, posset etiam mutare ejus absentia, adeoque illa naturaliter cognosceretur sicut visus, quia est perceptivus lucis est etiam perceptivus tenebrarum, quatenus scilicet lux non est præsens, ut pro prima parte Augustino deduxi, sed absentia substantiæ nec sensu nec intellectu naturaliter potest cognosci, ut patet in Eucharistia, ergò substantia non est de se sensibilibis, adeoque debet esse quiddam accidentale.

**Dico secundò:** *Nulla potentia materialis sensitiva videt incorporea, sed nec existens ipsa debili potest elevari ad percipiendum spirituum divinum & de potentia absoluta.* Prima pars est D. Augustini in Enarrat. Psal. 146. ubi ait: *Caro ista per quinque nuncios, quos appellamus sensus, percipit non nisi corporalia, nisi lux divina vel spiritus spiritualis mente capiuntur.* Lib. 12. Gen. Lib. cap. 16. *Nisi corpora vides, & tandem lib. 23. q. 29. Omne visibile corporeum est.* Secunda pars quantum ad potentiam dabilem est contra Arriagam, & probatur primò ex Aristotele 2. anim. t. 122. & 130. dicente: *Omne organicum determinatur ad certum genus spirituum, sed omnes potentia sensitive materiales organice sunt, ergò determinatur ad certum genus sensibilem.*

**Probatur secundò:** *Nulla potentia materialis & organica potest elevari ad percipiendum id, quod est extra totum genus materiale, sed omnia quæ percipit, debent esse intra genus materialium, aliis esset ipsa potentia materialis & immaterialis, organica & inorganica sed implicat quòd idem secundum essentiam sit materiale & immateriale, organicum & inorganicum, cum sint differentie dividentes aliquod commune, atque adeò in idem incidere nequeunt, ergò, &c.*

**Dices:** Hoc esse verum de potentia materiali & organica, quæ defectò datur, non verò de dabili, quæ non esset sic determinata. Sed contra: Illa potentia organica sensibilibis deberet esse alicujus organi forma, quòd intertur in sua operatione, sed non videtur in homine, verbi gratià, organum aliquod quod possit sic elevari ad percipiendum spirituale, ergò.

**Instabis:** Hoc esse verum de organice factò existentibus, non verò de sensibilibus. Sed iterum contra: Vel illa organice essent esse

dem rationis cum existentibus, vel alterius, si ejusdem rationis, ergo sicut ista nequeunt elevari ad percipiendum spirituale, nec poterunt illa; si alterius rationis; ergo peterent informari animam rationalem alterius rationis a nostra, nam diversitas organorum est diversitas formarum, & sic homo non esset ejusdem speciei & rationis cum homine defacto existente, quod tamen falsum est, cum rationalitas sit ultima differentia atque a thoma proinde indivisibilis in alias differentias speciei distinctas.

tem: sic intelligimus fratres, apparuisse Moysi Deum. Non enim majestas illa, quae facit Caelum & terram, & quae regit universum mundum puris oculis mortalibus hominibus potuit apparere, nisi assumpta visibili & sensibili creatura, quae ad istos oculos visibiles pertinet: Quandoquidem & ipsa sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, humanis oculis non appareret, nisi humanam carnem assumeret. Quomodo ergo verbum Dei, id est Verbum Dei, ut apparet oculis carnem assumpsit: sic semper Deus ut apparet oculis hominum in aliqua creatura visibili apparere dignatus est. Ad textum ex Job allegatum respondeo, quod in primo loquitur de visione providentiali, quatenus ex his quae circa ipsum acciderant, agnoscebat scientiam experimentali, Divinam Providentiam ideo vocavit visionem; in aliis autem locis loquitur de carne Christi, aut de Deo humanato, ita expressit D. Augustinus Serm. 6. de Tempore, ubi ait: De illo tempore prophetavit (Job) quando Christi Deitas habitu nostra carnis induta est.

VIII. *Quaenam potentia est inferior?*

**Probatur Conclusio secundo:**

Operationes cujuscumque potentiae proportionantur essentiae rei, seu naturae in essendo, sed quaecumque potentia materialis est inferior in essendo potentiae spirituali; ergo etiam in operando, ergo non potest elevari ad operationem extra genus materialium; probatur minor, quia genus materialium a toto genere est imperfectius toto genere spiritualium; ergo etiam quaecumque potentia materialis, imperfectior quam quaecumque potentia spirituali, consequenter ejus objectum, cum potentiae & actus distinguantur per objecta. Confirmatur Conclusio, quia ista potentia ex eo, quod esset organica essentialiter indiget organo & ex eo, quod posset fieri in spirituale non indigeret organo essentialiter, adeoque esset indigens organo, & non indigens quae sunt inconvenientissima.

**Arguitur secundo ex ratione:**

Potest elevari corpus ad existendum modo spirituali, ergo etiam potentia sensitiva & organica ad operandum & percipiendum spirituale: Probatur consequentia: Quia aequale naturale est corpori quanto coexistentia & commensuratio ad locum, ac sit sensatio potentiae sensitivae; ergo cum non repugnet corpori quanto recipere praesentiam indivisibilem, quae tanquam accidens illi & inhaerbit, & ab eo dependet tanquam a subiecto, nec repugnat recipi sensationem in oculo quanto tanquam a subiecto. Respondeo negando consequentiam, ad probationem nego paritatem, nam primo citius possunt elevari potentiae non vitales ad aliquid supernaturale, quam potentiae vitales. Secundo, quia illa existentia non est forma absoluta spiritualis existens in corpore tota in toto, & tota in qualibet parte, sed solum est quidam respectus extrinsecus adveniens integratus ex pluribus praesentibus partialibus quot sunt partes proportionales loci.

XI. *Distantia est de quantitate & potentia organica.*

IX. *Quaenam potentia est superior?*

**Dices:** Indigere organo circa materialia, non vero circa spiritualia, quae sunt visibilia sine organo. Sed Contra: Nihil dicitur formaliter operari operatione propria & sibi intrinsicam, nisi forma per quam operatur sit ejus forma informans; ergo ut illa potentia dicatur operari circa spiritualia, debet esse forma informans organum, & consequenter indiget essentialiter organo cum illa operatio (sicut & quaelibet alia organica) in toto organo & non in una parte solum recipiatur, quod autem ex sua natura est essentialiter indigens organo in sua operatione non potest tendere in objectum ad quod percipiendum potentia non indiget organo, nam dicit Aristoteles 2. Cor. t. 70. & 79. quod si Aethris natura dedisset motum, dedisset eis etiam organa, cum organa solum dentur in ordine ad operationem, natura enim, ut idem Aristoteles 3. An. t. 45. ait: *Nec desinit in necessariis, nec superflua subministrat.*

**Instatur:**

Anima rationalis est forma absoluta spiritualis, sed illa potest informare aliquod corpus extensum; ergo & visio spiritualis oculum corporeum, consequenter nulla solutio; Respondeo negando iterum paritatem, nam licet anima rationalis forma sit spiritualis, eaque absoluta, non est tamen forma dependens a corpore, & habet propriam subsistentiam, non sic forma accidentalitatis, quae in educatione dependet a subiecto in esse, & si a DEO produceretur saltem, deinde informando subiectum, inhaereret illi quod est existere dependenter a subiecto.

*Anima non sic dependet a corpore ut accidens.*

X. *Quaenam potentia est superior?*

**Contra Conclusionem** Arguitur primo ex autoritate, nam Isaias 6. ait: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum;* & Job. 19. *Auditu auris audivi de nunc autem oculus meus videt te: In carne mea videbo: Quem visurum sum ego ipse & oculi mei conspexerunt &c.* Sed facile respondeo: Nam Isaias non loquitur de visione Dei in propria natura, sed in apparitione Angeli corpus assumentis. Ita pulchre & eleganter docet D. Augustinus Serm. 17. de divers. cap. 1. ubi ait: *Oculus corporalibus Sanctorum si quando Deus voluit apparere non per se ipsum, sed per creaturam visibilem; atque sensibilem quantum ista carne sentiri potest, apparuit: vel per Angelum in aliqua specie sensibili apparentem, sed personam Dei gestantem.* *F. Amandi Hermann Physica.*

**Urgetur:**

Ideo ex dictis potest Anima rationalis recipi in subiecto, seu corpore quanto, quia non dependet, neque coextenditur ad extensionem subiecti, sed potest etiam forma spiritualis accidentalis non extendi in subiecto quanto; ergo tam bene poterit recipi ac Anima recipi.

*Yyyy*

recipitur; probatur minor, Potest obiectum materiale recipi in subiecto spirituali modo inextenso; ergo poterit etiam forma spiritualis in subiecto materiali sic recipi: antecedens patet, nam obiectum quodcumque cognoscitur, secundum suum esse materiale per species in potentia intellectiva recipitur: probatur consequentia, quia non magis distant obiectum materiale ad potentiam spirituales, quam obiectum spirituale ad potentiam materialem. Respondeo negando minorem, ad probationem respondeo negando paritatem, nam obiectum materiale secundum esse intentionale tantum recipitur in potentia spirituali, non verò secundum esse reale, spirituale autem obiectum deberet in potentia organica recipi secundum esse suum reale, cum illa non sit nata supra se reflectere: Unde bene potest intellectio esse similitudo formalis rei materialis licet ipsa spiritualis sit, cum illam non exprimat nisi secundum esse intentionale & representativum, cum intellectus sit praescindere & abstrahere à conditionibus materialibus, sed potentia materialis non potest sic representare rem spirituales cum tunc praescinderet à representata, sed potius adaptaret sibi praedicata disconvenientia & repugnantia, scilicet esse extensam & ad potentiam proportionatam.

XII.  
Sensus laeduntur à sensibilibus vehementer.

Quaeres: An sensus laedatur à sensibili vehementer? Respondeo affirmativè ex D. Augustino lib. 6. Mus. cap. 13. ubi ait: Erenim à nimio fulgore averfamur, & nimis obscura nolumus cernere, sicut & à nimio in sonis & sonantibus abhorremus. Supponit id etiam D. Bernardus Serm. 8. in Pl. 90. ubi ait: An verò times eos è tanta plenitudine lucis, ubi singuli iusti tanquam singuli Soles fulgeant aliquando caligaturos fore? Timendum, id planè, si non ipsos quoque oculos sicut cetera, summa in corporis membra resurrectio glorificaret, idque constat manifestà experientia, experimur enim quòd ex nimio albo visus deterioretur, pro qua experientia confirmanda notabilia exempla adducit Galenus lib. 1. de usu partium, Quòd milites Zenophontis per multam nivem agentes iter in visu & oculis plurimum fuerunt laesi; Item illi qui ex obscuro carcere, in quo à Dionysio Sicilia Tyranno diu detenti fuerant in splendidissimam domum calce linitam repente fuerunt excæcati; Narrat etiam Plinius hist. nal. 29. Nilum ubi ex altissimis montibus decedit surdos efficere suos accolos; quamvis perperam, ut Recentissimus descriptor Regni Abyssini & Maurorum sub ditione Regis, quia vulgò dicitur Prete Joan, refert ubi Nilus decedit in Ægyptum defluxurus pertranscunt homines, ibique maximà aquarum mole refrigerant se, ut de se ipso attestatur. Verùm licet tales experientiae veræ essent, ac id Patres doceant, difficultatur tamen, à quo hæc læsio fiat? ad quam difficultatem etiam respondeo breviter, dicendo sensibile vehemens seu excellens lædere sensum, ut dixi, non quidem per se, sed per accidens, in quantum destruitur organum, ejusque temperamentum animarum qualitatum, sed nullo obiectum ut tale est destructivum, primarum qualitatum per se & immediatè, ergò,

XIII.  
Sensibile vehemens lædit sensum non per se sed per accidens.

Probatur minor: Quia obiectum vel est convenientens, vel est disconvenientens sensui: si convenientens; ergo non destruet, cum omnis perfectio construat, non destruat; si secundum adhuc non opponitur immediatè primis qualitatibus, tum quia unum contrarium non nisi ab altero contrario expellitur, tum quia ut ait Doctor cum una qualitate in esse reali potest dari species & sensatio alterius oppositæ, ut patet de manu congelata ex frigore & igni applicata, in quo reperitur frigus in summo & sensatio valida caloris. Ratio ergo cur obiectum disconvenientens destruat organum, est, quia obiectum excellens, vel disconvenientens, vel causat vehementem dolorem, qui dolor indirectè destruit naturalem temperamentum, vel quia propter sui excellentiam requirit maximam potentiam applicationem, ad quam applicationem requiruntur plurimi spiritus vitales, quibus concursu valido alterant proprium organum temperamentum.

### QUÆSTIO III.

An sensus decipiatur circa sensibile?

Quaestio hæc præcipuè locum habet de sensibus externis, scilicet Visus, Auditus &c. Circa quam difficultatem plures sunt antiquorum sententiæ, nam Epicurei asserunt sensum circa nullum obiectum decipi posse; Academici e contra sensum semper in suis operationibus errare, adeoque etiam omnem omnino negabant dari in hoc modo scientiam; Peripatetici mediè intercedunt viam, asserentes sensum quandoque errare, quandoque non. Ante resolutionem

Notandum primò: Veritatem in cognoscendo duplicem esse, scilicet perfectam & imperfectam, seu complexam & simplicem; prima est, quæ proprie iudicio intellectus de aliqua re affirmantis aliquid vel negantis convenit; Imperfecta, quæ cuicunque cognitioni etiam simplici apprehensioni convenit potest, quatenus in cognitione ad obiectum intervenit aliqua similitudo & conformitas in representando, unde nos dicimus nos verè apprehendere hominem, esse animal, verè abedinem videre, audire sonum &c. E contra etiam duplex est error simplex scilicet & imperfectus, seu Imperfectus & complexus: Perfectus & complexus est difformitas, quo determinatè affirmamus, quod non est & negamus quod est, in quo sensu dicit D. Augustinus in Enchirid. Laurent. cap. 17. is enim errat qui quæ se existimat scire, quod nescit: pro verò quippe approbat falsum, quod est erroris principium. Et lib. 2. contra Academ. cap. 11. is errat, qui quod sibi videtur temerè probat. Imperfectus seu simplex est difformitas cujuscunque cognitionis, quæ res non se exprimitur sicut est in se, & de hoc errore loquimur in quaestione hac: unde

Notandum secundo: Errorem esse tripliciter capite oriri posse, primò ex parte organum

organi, si esset affectum aliqua contraria qualitate, vel dispositione, ut si in oculo esset color & humor rubeus, omnia visa rubra representarentur, pariter si potentia gustativa humore acido & amaro affecta est, omnia delibata similiter acida & amara videntur. Secundo potest error contingere ex parte medii, ut quando in medio, per quod species transire debent, diversi sunt humores, colores &c. ut si medium esset rubrum, omnia quae per illud videntur rubra conspiciuntur: Item variatur sensatio quando medium variatur in crassitie, diaphancitate, nam si medium crassum est, species franguntur multum, ut non possint linea recta ad potentiam pervenire, prout contingit in baculo apparente in aqua fracto. Tertio denique error accideret potest ex parte ipsiusmet objecti, si est in magna distantia, tunc enim species ab objecto caufata est imperfectior, imperfectiori quoque modo representat objectum, & ita fit ut album appareat, fuscum quadratum rotundum, si ergo sensus recte iudicare vellet de objecto aliquo perceptibili, contra tria requiruntur; Primo quod organum sit dispositum; Secundo ut medium sit purum; Tertio quod objectum sit in debita distantia, & quod sensibile sit tantae virtutis, ut possit movere potentiam, ut auditus non potest percipere sonos valde debiles, eosque recte discernere. His notatis

apiaria & cibus aliquis dulciculo succo affectu putatur melle conditus, & ignotus anulum contractum in tenebris putatur aureum, cum sit ereum vel argenteum. Similia habet in Ench. cit. cap. 20. ubi discutendo per omnes sensus eos errare quandoque probat. item lib. 2. soliloq. cap. 6. ubi tandem concludit: Ergo apparet hos in omnibus sensibus sive in aequalibus, sive in deterioribus rebus, aut similitudine lenocinante falli, aut etiam si non fallimur suspendentes confessionem, seu differentiam dignoscetes, tamen eas res falsas vominare, quas verisimiles deprehendimus. Eadem est mens D. Bernardi Serm. 28. in Cant. n. 6. ubi ait: *Adverte ad huc in sancto Isaac quomodo praeter sensibus auditus in jam senescit viderit. Caligant oculi Patriarchae, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Vox inquit vox Iacob est, nihil verum. Manu autem, manu sunt Esau: nihil falsum. Falleris manus similitudo decepti te. Nec in gustu veritas, est suavitatis est. Nam quomodo habes veritatem, qui se putat edere venationem cum domesticum vescatur haedorum carnibus? Et post plura univertaliter concludit dicens: *At experimentum fallax.* Rationes hujus Conclusionis sunt experientiae, quas aliqui fuse recitant, sed sufficiunt allegatae a D. Augustino. Verum*

Dices. Sequeretur hinc quod nulla daretur scientia, ergo. Probatur sequela: Quia si sensus semel errat, quis scit utrum non semper erret; ergo cum omnis nostra cognitio dependeat a sensibus, qui ita subiecti sunt erroribus nulla dabitur scientia: Probatur antecedens, quia si Ecclesia semel erraret, nunquam posset habere certam fidem, quia nescimus an non modo erraret; ergo a pari si sensus &c. Respondeo negando sequelam, ad probationem dico, tunc sciri sensum non errare, quando res ab omnibus eodem cognoscitur modo semper; Deinde possunt sensus facile corrigi per intellectus discursum, tum, si alter sensus contrarium percipiat, ut si tactus palparet & tangeret baculum infixum aquae fractum non esse, per discursum vero sic corrigere posset, si argumentaretur ex natura duri & mollis, durum est, scilicet, quod non cedit tangenti, sed baculus aqua durior est; ergo ad eius contactum non cedit, consequenter sola immutatione & impositione baculi ad aquam & extractione ejusdem tam notabiles alterationes non contingunt, & hinc patet disparitas de infallibilitate Ecclesiae, quae immediate intellectum determinat ad assentiendum, adeoque per nihil aliud corrigi posset, tum quia assensus fidei licet certissimus sit, utpote & auctoritati & infallibilitati Ecclesiae ac veritati primae Divinae innixus, nihilominus non habet secum annexam evidenciam nisi moralem, non vero Physicam sicut habere debent aliae scientiae & intuitivae cognitiones.

Opponitur Veritas & falsitas tantum conveniunt actibus judicativis, quibus aliquid praedicatur, vel negatur de alio, sed potentiae sensitivae non sunt judicativae; ergo non errant circa sua objecta. Respondeo distinguendo majorem, veritas judicativa concedo majorem; non judicativa in sensibus enim non est constitutum iudicium veritatis dicit

VI. Nec exinde licet inferri non dari scientiam.

VII. Verum est quidem non dari in eis veritatem judicativam.

IV. In his casibus non errant.

DICO I. Sensus non semper in suis actibus errant. Ita Doctor 1. d. 3. q. 4. a. 1. & 2.

Probatur experientia: Quia videmus quaedam ab omnibus sensibus quando non adest impedimentum eodem modo cognosci; ergo tunc sensus circa ea non errat, cum unicum signum sit erroris, quando non semper eodem modo cognoscitur; ergo etiam signum erit non erroris, eodem semper modo cognoscitur.

Probatur secundò: Si sensus semper errarent nullam possemus habere notitiam certam neque fidei, sed hoc est falsum, nam fides ab omnibus admittitur esse certior omnibus aliis scientiis; ergo non possunt dici semper errare; probatur sequela majoris: Quia etiam fides fit mediantibus sensibus; ergo nec notitia fidei in nobis certa esset & vera; probatur antecedens ex Rom. 10. Fides ex auditu 1. Joan. 1. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus &c.

V. Frequenter non errant.

DICO 2. Sensus externi frequenter tam circa sensibile proprium quam commune errant. Haec est Sanctorum Patrum D. Augustini lib. 12. Gen. lit. cap. 25. ubi ait: *Navigantibus videntur in terra moveri, quae stant & inuentibus Caelum stare fixa, quae moventur & divaricantur radiis oculorum duas lucerna species apparere, & in aqua remu infractus & multa hujusmodi. Aut cum aliquid hoc esse quod similiter coloratum est, vel similiter sonat, vel olet, vel sapit, vel tangitur. Hinc enim & medicamentum aliquod ceratum coctum in cacabo putatur legumen, & sonitus transeuntis vehiculi putatur ex tonitruo, & si nullus alius sensibus exploratur, sed solum jaceat olfactui, citrium putatur herba, quae vocatur* E. Aman di Hermann Physica.



Augustinus lib. 83. qq. 9. nego majorem, & concessā minore, nego consequentiam, quia etiam potentiae materiales possunt apprehendere rem, ut est in se & non apprehendere rem ut est in se, & in hoc sensu datur in illis error aut veritas.

**Instatur:** Ubique est cognitio aliqua intuitiva, seu sit judicativa, seu non judicativa repraesentatur objectum prout est in se, sed omnes sensationes sunt intuitivae; ergo per illas repraesentatur objectum prout est in se, & consequenter nullus dabitur error. Sed respondeo distinguendo majorem repraesentatur prout est in se objectum, si nullum adit impedimentum concedo majorem; si ad sit nego majorem, quando autem sensus errat, hoc provenit ex eo, quod aliquod ex supra dictis impedimentis occurrit.

VIII. Hujusmodi sensationes sunt ejusdem rationis.

**Dico 3.** Hujusmodi sensationes sunt ejusdem rationis, scilicet si mel percipiatur ut amarum, & percipiatur ut dulce. Colligitur ex Scoto 1. d. 3. q. 7. G. ubi dicit, quod cognitio distincta & confusa objecti est ejusdem rationis, quia est ejusdem objecti; ergo etiam sensatio mellis ut est dulce, & ut amarum sunt ejusdem rationis, quia omnis sensatio est similitudo objecti; ergo si est idem objectum, eadem est sensatio.

**Probatur Conclusio:** Quodlibet objectum unum in se est determinatum ad producendam unam speciem sensationem, nec potest producere sensationem alterius contrarii objecti, cum quaelibet forma sit determinata ad unum, sed mel est determinatum ad producendam sensationem unius speciei & rationis; ergo nunquam poterit producere sensationem alterius speciei; ergo dictae sensationes quando mel percipitur dulce, & quando percipitur ut amarum sunt ejusdem rationis; probatur consequentia, quia unum contrarium nec speciem, nec sensationem alterius continet; ergo tam producere nequit.

IX. Non sunt a speciebus sensus falli.

**Dices:** Hanc sensationem non fieri a speciebus dulcedinis, sed amaritudinis, quapropter dicitur sensus falli; ergo adhuc distinctae erunt speciei. Sed Contra, dicere quod sensus non percipiat dulcedinem, sed amaritudinem, non est dicere quod percipiat mel, seu dulcedinem, sed objectum omnino distinctum, nec hoc esset dicere quod sensus fallatur, cum illa sensatio fiat a specie amaritudinis, adeoque percipiet objectum sicut est in se, scilicet amarum; ergo ut sensus dicatur decipi, necesse est quod objectum ab ipso perceptum aliter percipiatur, ac est in se, quod non fieret in proposito. Contra Conclusionem

X. Objectio directa contra Conclusionem

**Arguitur sic:** Quando sensus infectus gustat mel, percipit amaritudinem non secus ac si gustaret cibum amarum, sed haec sensationes sunt ejusdem rationis; ergo e contra quando mel percipitur ut dulce, & quando percipitur ut amarum, erunt diversae rationis. Respondeo concessā majore, distinguendo minorem, sunt ejusdem rationis quando percipitur amaritudo in melle, & cibo amaro in ratione sensationis & perceptionis nego minorem, quia

cum sint objecta omnino diversa, diversae omnino debent producere sensationes; sunt ejusdem rationis in quantum quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur concedo; hinc fit quod licet illa sensatio & perceptio secundum suam entitatem & specificationem sit sensatio dulcis, recipitur ut amara & ut disconveniens ob indispositionem sensus recipientis.

**Instatur:** Sensationes istae causant tam in sensu interno, quam in intellectu species alterius rationis, nam sensus & intellectus sunt mel judicant esse dulce, infirmi mel esse amarum; ergo si species sunt alterius rationis, etiam actus erunt alterius rationis, adeoque non solum ratione percipientis sed etiam in se, quae secundum se producant species sui. Sed respondeo distinguendo majorem, istae sensationes producant diversas species nego; si considerentur sensationes, ut perceptiones producant diversas species concedo. Itaque receptio quae est actus potentiae vitalis producit speciem ipsam receptionem repraesentantem scilicet amaritudinis, non vero entitas sensationis, quia omnia ad modum recipientis recipiuntur, unde quia sensus infectus est, omnia ut amara percipiuntur, ut visus infectus omnia percipit pallida, si est, etus rubeo humore, rubra, cum tamen objecta nec sint pallida nec rubra, nec etiam speciei diffuse sint pallida vel rubra.

QUAESTIO IV.

An potentiae exteriores, ut percipiat sensationem, indigeant mediis?

**Quaestio haec** alioquin alio proponitur modo, videlicet, an sensibile polium supra sensum faciat sensationem? an vero impedit illam? in re tamen est idem; Thomae excellentiam omnem qualitatem adhaerentem & contiguam (de qua loquimur, non de inherente) positam super sensum impedire sensationem. Ruvius e contra solum visum & auditum indigere speciebus asserit. Comitantibus praeter visum, auditum etiam in odoratu medium requirunt; Scotus vero omnibus contrarius cum Mastrio, Pontio &c. in sola potentia visiva medium requirit, cum quibus etiam ad quaestionem

**Dico:** Sola potentia visiva indiget medio, ut objectum ipsius positum supra se, impediatur sensationem, quamvis forte etiam perfectius auditum & olfactus per medium sentiant. Est D. Augustinus quod ad primam partem Serm. 102. divers. cap. 13. ubi sic docet: Hoc tantum dico quia oculi, qui per intervalla locorum vident, quod vident, id est ut spatium sit inter videntem & id quod videtur, aliter enim isti oculi non vident. Nam si ab eis aliquid multum removeretur, ideo non vident, quia radii ad longe posita non perveniunt: si autem ad eos aliquid propinquius admoventur, nisi sit intervallum aliquid inter oculos videntem, & corpus quod videtur, videri omnino non poterit: nam si propius admoventur oculos ipsos, quibus aliquid videtur contingit, perditio spatii amittitur.

visio. Hoc ergo dico quoniam tales oculi, qui non nisi per intervalla & spatia locorum vident, quidquid vident, nec nunc possunt videre Deum; nec tunc poterunt, quia ille non est in loco.

**Probatur eadem pars ratione:**

Si non requireretur debita distantia, & medium lumine illustratum, posset idem objectum etiam videri in tenebris & in vacuo, cum sibi supponatur esse in debita distantia, sed hoc est contra Aristotelem 2. an. t. 74. dicentem in vacuo nihil videri, ergo potentia visiva indiget medio.

**Probarur secundò:**

Quando duo objecta habent inter se ordinem in essendo, & in respiciendo seu in immutando eandem potentiam, quod est prius in essendo, est etiam prius in immutando potentiam, sed lux & color sunt duo objecta potentia visiva, & lux est prior in essendo colore, ergo debet etiam esse prior in immutando; sublimo, sed immutari non potest nisi diffundat suas species per medium & ad organum, ergo potentia visiva indiget medio illuminato ad percipiendum colorem, quia si lux non diffunderet suas species, nec color diffunderet posset.

**III. Dices:**

Si quis pupillam comprimat etiam in ipsis tenebris apparet quidam fulgor in oculo, imò de aliquibus dicitur quòd ob male affectum sensorium videantur sibi intra oculum videre telas araneorum, &c. ergo potentia visiva medio non eget. Respondeo negando consequentiam, quia ea quæ sic videntur in oculo sunt adhuc distantia à sensorio oculi, hoc est à parte oculi in qua producitur visio.

**Probatur Conclusio**

quoad reliquas sensitivas potentias, quia licet etiam adorabile, vel audibile diffundat suas species, tamen etsi non diffunderent, posset adhuc odorari & audire ut patet de timido & sybilo, qui intra aurem audiuntur; similiter odor per evaporationem potest immediate uniri carunculis mammillaribus, de sapore & aliis qualitatibus respectu tactus & gustus patet etiam, quæ dum causant suas sensationes non per species diffusas, sed per suas proprias entitates id præstant, ergo.

**Dices:**

Species sunt materialiores quàm potentia, ergo prius debent transire per medium ut spiritualizentur, adeoque non possunt percipere objectum suum sine medio. Sed Respondeo negando consequentiam ejusque suppositum quod planè falsissimum est, quia species & secundum materialitatem & secundum grossitatem ita recipiuntur in organo sicut in medio, quia medium eas recipit prout exeunt ab objecto, qualiter debet recipere etiam organum, quia illæ species quæ recipiuntur in medio, non recipiuntur in organo, aliàs migrarent de subjecto in subjectum, sed subjectum & organum prout ab objecto egrediuntur immediate recipit, omnes enim species luminis primarii producuntur à corpore lucido, & non species à specie, & quod dicitur de lumine debet pariter dici de aliis speciebus, deinde medium nullam habet virtutem spiritualizandi,

vel immaterializandi specierum entitates; denique dato, quòd nervus aliquis intra carnem latens sit organum tactus & gustus, adeoque carnem esse medium, adhuc non probatur debere dari medium ad sensationem faciendam, nam si sapor potest immutare immediate linguam antequam ad organum perveniat ad sentiendum, & gustandum, cur non etiam immediate poterit immutare ipsum organum, cum in medio, verbi gratia, carne materialius recipiatur species, quàm in ipso organo, nam quòd-cunque recipitur ad modum recipientis recipitur; secundò si cultellus, amotà carne tanquam medio, scinderet nervum illum tactus, caufaret maximum dolorem, sed tunc non esset aliquod medium, ergo non requiritur medium in aliis potentiis ad causandam sensationem.

**Respondebis:**

In tali casu illam partem læsam non sentire, sed vicinam, adeoque semper requiri medium. Sed hoc omnino videtur mihi ridiculum, quia hic contra hominem inferre possum, ergo quando comburetur, vel scindetur digitus, magis dolebit brachium, vel manus, quàm digitus, quia digitus tunc non sentiet, ergo.

**Probatur ultima pars:**

Quia objecta potentia olfactiva & auditiva conjuncta sunt cum quibusdam circumstantiis impediens, & lædentibus sensoria, ut odor cum fulvida exhalatione, quæ respirationem prohibet, ac olfactum calefacit, & ob id nocet & lædit sensum. Sonus autem cum motu locali qui destruit miringam, unde per medium videntur perfectius sentire.

**Opponitur nobis autoritas Aristotelis**

2. an. t. 78. & 98. ac t. 16. aperte dicentis sensibile positum supra sensum non sentiri, ergo non tantum de potentia visiva, sed etiam aliis id est dicendum. Sed Respondeo omnis pluribus aliis apud auctores inveniendis responsionibus, id verum esse de aliquo sensu, non verò de omni. Respondeo secundò, cum Doctor Philosopherum intelligendum, quòd sensibile ex eo quòd sit realiter supra sensum non faciat sensationem, nisi etiam ipsum immutet intentionaliter per productionem speciei impressæ, hoc autem posset esse verum de omni sensu, quamvis aliquis sensus non indigeret medio, unde in forma conceditur antecedens, & negatur consequentia. Quòd si etiam Philosophus absolute vellet loqui de omnibus, tunc potius standum esset experientia tam clare, quàm ipsius axiomati.

**QUESTIO V.**

*An sensus externi sint ejusdem perfectionis in homine & bruto?*

**Difficultatem hanc movet vulgatum**

illud carmen, nos aper auditu, lynx visu, simia gustu, vultur odoratu, præcellit aranea tactu. unde duo quærentur primò, an sensus brutorum & hominum sint ejusdem rationis & speciei? Secundò quomodo sese in perfectione excedant. Ad quod

VI. Probatur auditum & olfactum melius sentire per medium.

VII. Solvitur Aristoteli.

I.

in ali-

IV

III

IV

V

IV

III

II.  
Sensus hominis & bruti sunt diverse rationis.

**DICO I.** Sensus externi hominis & bruti sunt simpliciter diverse rationis & speciei. Ita Regentes Parisienses. Probatur diversitas susceptivi, seu materiae est propter diversitatem formarum, sed hic sunt diverse formae, ergo & diverse potentiae, patet major, quia potentia organica est quoddam totum resultans ex perfectione animae & determinata corporis parte; probatur minor, quia ubi sunt dispositiones diverse inservientes formis, sunt etiam ipsae formae diverse, sed in hominibus & brutis sunt diverse dispositiones, ut patet de iis, quas requirit forma corporeitatis hominis & forma corporeitatis bruti, ergo.

III.  
Explicatur Scotus objectiones.

**DICES:** Doctorem in 2. d. 1. q. 6. D. expressè asserere, potentiam visivam bovis & aquilae esse ejusdem rationis propter identitatem objecti, sed potentia visiva, verbi gratia, hominis & bruti habent etiam idem objectum, scilicet visibile, ergo sunt ejusdem rationis. Sed explicio Doctorem videlicet eum loqui de potentia non in se inspectis, sed quatenus sunt rationes agendi & tendendi in objecta propria; vel quod sint ejusdem rationis & speciei non specialissimae & atomae, sed subalternae includentis sub se multas alias species.

IV.

**DICES iterum.** Oculi bovis, & aquilae, & cujuscunque animalis ac etiam hominis est ChrySTALLINUS, ergo non sunt diverse rationis. Sed Respondeo concessio antecedenti, distinguendo consequens, sunt ejusdem rationis quantum ad hoc, concedo, essentialiter nego; nam quamvis oculi sint ChrySTALLINI nihilominus alia est forma corporeitatis oculi bovis, aquilae, hominis & aliorum animalium, quae forma corporeitatis cum sit substantialis & non accidentaliter, essentialiter, & substantialiter etiam differret.

V.  
Sensationes brutorum accidentaliter perfectiores sunt.

**DICO secundò:** Si animantium quorundam sensationes considerentur secundum quaedam accidentalia, perfectiores videntur, quam hominum. Ita D. Augustinus serm. 102, cap. 5. ubi ait: Acute vides, acutius resorsuan aquila; Acute audis, sunt bestiolae, quae audiunt acutius; acute olfactu; canem sagacem non vincit. Acute saporibus gustando judicatis; sunt animalia quaedam, quae inexpertas herbas discernunt, & quod est noxium, non attingunt. Nam tu quamlibet acute discernis cibum, imprudens irruis in venenum. Acute sentis tangendo: quam multa aves astatem futuram praesentium, & ad loca validiora demigrant. Quod tu cum veneris sentis, antequam veniat illa praesentit. Et ratio pro conclusione possunt esse experientiae plurimae supra allegatae in carmine. Attamen

VI.  
Hominis sunt essentialiter perfectiores.

**DICO tertio:** Omnes sensu externi hominis essentialiter sunt perfectiores sensibus brutorum. Et etiam D. Augustini, Cavelli, Toleti, Suarez, &c. &

**Probatur primò:** Autoritate S. Patris lib. divin. docem. cap. 3. dicentis: Nec in ipsis terrenis corporibus bestias nobis praeponebas putamus, quia multa praesentium, veluti sagacem canem qui latentem feram olfactu acerrimo sic invenit, ut ad eam capiendam ducatur quendam homini praebat, &c. Sed adhuc ulterius

**Probatur.** Quia Aristoteles 8. Methaph. c. 18. ait, species esse sicuti numeros, ergo

si omnes sensus specie differunt, ut dixi supra in homine à sensibus brutorum necessarium vel isti, vel illi debent esse perfectiores; probatur consequentia, quia una semper est perfectior, quam sit altera, & altera est semper imperfectior, ergo vel omnes sensus brutorum erunt essentialiter perfectiores sensibus hominum, vel e contra, primum nec nisi dicunt ad-versarii, qui communiter asserunt, quod homo in tactu propter perceptionem aequalitatem primarum qualitatum excedat omnia pecora & animalia, imò etiam in gustu & auditu propter perceptionem differentiarum tam gustabilium, tum sonorum, & quia sensus gustus est quidam tactus, ergo dicendum erit secundum, scilicet omnes sensus hominis esse perfectiores sensibus brutorum.

**DICES:** Dantur multa animalia in sensu perfectiora homine, ut patet in calpa, quae excedit hominem auditu; de aquila quae in visu, sicut & lynce, quia perspicacius & remotius vident, in odoratu vero excedit tum à canem, tum à vulture, qui tum in maxima distantia, tum tenuissimos quoscunque percipiunt odores, similiter in tactu ab araneo, ergo sensus hominis non sunt perfectiores, quam brutorum. Sed Respondeo negando consequentiam, quae hujusmodi exempla non probant excessum essentialiter sensus brutorum supra sensus hominis, alia licet exempla vera forte sint, nihilominus non dicitur essentialiter sensus perfectior ex eo, quod acutius, remotius & perspicacius videt, audit vel odoret, sed quia audiendo, videndo & odorando distinctius naturam sensus cognoscit, distinguendo & dividendo unum ab altero, quod bruta non faciunt.

**Instabis:** Canes venatici discernunt unum odorem specificum ab altero, ergo alid dicitur. Respondeo negando consequentiam, quia canes licet sic odores discernere dicantur, nihilominus hoc fit valde confuso modo, non verò distinctè & perfectè sicut concipiunt sensus hominis.

## QUAESTIO VI.

An sensus externi percipiant suam sensationem?

**Quòd** sentiamus nos videre & audire certum est, quo tamen sensu id sentiamus, incertum est, & in dubium vertimus, circa hanc materiam multiplex est sententia, omisso tamen eas referre, &

**DICO primò:** Visus (idem est de omnibus aliis sensibus) non potest sentire se videre eodem actu, quo videt, nec alio suo. Est D. Augustini lib. 2. de lib. arb. cap. 3. ubi ait: Vides ne sensu oculorum colorem sentiri, eundem autem sensum eodem sensu non sentiri? Non enim quo sensu colorem vides, hoc eodem vides etiam ipsum videre. Similia habet ibidem cap. 5. & alibi. Est etiam Doctorum subtilis q. 9. de an. & quodl. 14. in fine ubi eam probat experientia, nunquam enim tactus reflectit

reflektit supra tactionem, neque auditus supra auditionem. Sed

**Probatur Conclusionis prima**

pars: Posito quod nunc videam, stante tali visione paulo post sentio me videre, jam quaro, vel advenit alius actus, vel non? Si alius ergo non est idem, quo video, & quo sentio me videre: Si nullus? ergo non sentiam me videre, quia tunc nihil omnino adveniet.

**Probatur secunda pars primò,**

quia si visio produceret actum circa suam visionem, sequeretur quod supra seipsam deberet se reflektere, sed hoc non potest facere, ergo: major patet, & corporea potest in se ipsam agere, & se cognoscere, sed sensus est virtus organica & corporea, ergo. Ratio autem quare potentia organica non posset supra se reflektere est, quia ex natura talis est, & quia totum corpus sibi superponi non potest, nec res extensa sibiimet, sed solum pars supra partem.

**Probatur secundo eadem pars.**

Oculo utroque clauso sentio me non videre, quod magis, licet dolentius, experiuntur, quotquot videntes aliquando visum perdidit, sed hoc apud cecos non fit visu, cum supponamus potentiam destructam, ergo fit alia potentia, ergo etiam fit alia potentia, quod sentiam me videre, quia eadem sentimus nos videre, quia sentimus nos non videre.

**Contra Conclusionem opponitur**

authoritas Aristotelis 2. an. t. 138. ubi docet, visum se videre, quia coloratus est, ergo, Responder Cavellus visum cognoscere se non per reflexionem, sed in actu exercito. seu non ut rem cognitam, sed ut rationem cognoscendi, verè enim cognoscimus oculum non esse in otio. Sed

**Instatur: Intellectus cognoscit suam**

intellectionem per reflexionem, ergo & oculus: probatur consequentia, quia sic se habet visio ad visum, sicut intellectio ad intellectum, ergo si intellectus cognoscit suam intellectionem per reflexionem, similiter cognosceret oculus. Sed Respondeo negando consequentiam, & ejus probationis antecedens, disparitas est, quia intellectus est potentia spiritalis & indivisibilis, ideoque potest se reflektere, non sic potentia visiva.

**Urgetur: Si visus non perciperet suam**

sensationem, deberet percipi per aliam potentiam, nam revera sentit se homo videre, sed non potest percipere suam sensationem per aliam potentiam, ergo: probatur minor, quia dixi supra ejusdem potentiae est percipere nos videre, cujus est percipere nos non videre, seu quod idem est, cujus est cognoscere tenebras, & privationem, sed visus percipit tenebras, ergo percipit etiam visionem. Sed Respondeo negando minorem cum majori suae probationis quantum ad illud quod scilicet ejusdem sit potentia percipere visionem, cujus est percipere tenebras, quia cum tenebrae nihil sint, non possunt producere speciem in visu, sine qua nil cognoscitur in visu. Respondeo secundo, ad

missa gratis majori probationis, negando minorem, quia eas tantum intellectus cognoscit, in quantum cognoscens visum ab omni actu cessare judicat eum nunc non videre.

**Dico secundo: Sentire sensationes sensuum**

externorum operatio est interioris sensus, tam in homine, quam in brutis. Ita Doctor 4. d. 4. q. 6. Toletus, &c. Ante probationem notandum, quod si probavero hoc convenire brutis probatum fore esse sensus interioris, cum non sit sensus exterioris nec solius intellectus, utpote quo carent bruta, erit sensus interioris. Ita que

**Probatur primò: Si bruta non perciperent**

se sentire, esset, quia hoc est altioris naturae, quam sit potentia pura sensitiva, sed hoc non est, ergo: major patet, probatur minor, quia alia opera altiora & difficiliora natura brutis concessit, quae sunt adeo mira ut rationem arguere videantur.

**Probatur secundo: Bruta habentia**

oculos clausos conantur aperire & aures erigunt, gustumque acuunt, ergo percipiunt se non sentire, quia alioquin hos motus & signa non facerent, ergo si percipiunt se non sentire, percipient etiam se sentire. Nec intelligas tamen, quasi dicere vellem, quod eam sensationem quasi abstractivè percipiant, cum hoc solum intellectui competat, sed dico quod dum oculus objectum praesens videt, auris audit, &c. sensus internus hoc percipit.

**Quaeres: An sensus externus possit percipere**

objectum non existens, aut existens sed non modo naturali? Ad primum Respondeo, quod sensationes sensuum externorum conservari quidem possint in potentius absque existentia objecti, vel specierum, & patet, nam DEUS in genere causae efficientis qualem causalitatem objectum & species exercent respectu sensationis supplere potest omnem defectum, adeoque poterit conservare sensationem non conservato objecto. Quantum ad secundum Respondeo, naturaliter potentiam non posse percipere objectum non existens modo naturali, licet supernaturaliter id non repugnet, maxime si praescinderetur ab illo modo. Probatur, quia si aliqua potentia posset maxime visiva, sed haec nequit percipere objectum non existens modo naturali, ergo nulla alia; minor probatur, si posset potentia visiva sic tendere in objectum, posset naturaliter videre corpus Christi in Eucharistia, sed hoc non potest, ergo. Probatur minor, tum quia visio fit per multiplicationem specierum ad modum pyramidis, qualiter non posset corpus Christi praestare, tum quia species immittere non posset, cum tamen visio fiat per immisionem specierum, nam non potest aliquid agens naturale, agere naturaliter nisi sit naturaliter praesens & approximatum subjecto, sed corpus Christi in Eucharistia non est naturaliter praesens & debite approximatum potentiae visivae, cum non sit ibi modo extenso, ergo. Quod autem supernaturaliter videri possit probatur, quia corpus Christi in Eucharistia habet esse sufficiens sensibile ad immutandam potentiam visivam & terminandam ipsam visionem, ergo potest videri:

IV.

Sensus internus percipit sensationes externas.

V.

Sensus externus non potest percipere rem non existentem.

III. Operatur spiritus.

Disparitas est de actus, scilicet, quia spiritus est

deri: probatur antecedens, proximum sensibile est qualitas sensibilis, seu color cum debita quantitate, sed hoc habet corpus Christi in Eucharistia.

QUÆSTIO VII.

Utrum detur sensus agens?

I. Anteresolutionem notandum, quod questio hæc non procedat de activitate in ordine ad sensationem, sic etenim distinguere deberemus in qualibet potentia rationem agendi & passivi, nec in hoc sensu in dubium controvertitur, quin detur potentia sensitiva agens, cum sit activa & productiva sui actus; sed queritur de activitate in ordine ad speciem sensibilem, an scilicet sensus extrahat ab objectis species sensibiles propria virtute sive totali sive partiali? Quo prenotato ad questionem

II. DICO: Non datur sensus agens. Ita communis. Quam Scotus probat ex eo, quod in sensu non sunt ex rationes ad ponendum sensum agentem, quæ sunt ad ponendum intellectum agentem;

Primò: Ideo datur intellectus agens ut transferat objectum de ordine sensibilibus & materialium ad ordinem intelligibilibus & immaterialium, quæ actio, cum nequeat totaliter fieri à phantasmate, cum sit materiale, ideo requiritur concursus potentie spiritualis, sed objectum sensibile non indiget in sui perceptione ut transferatur de ordine in ordinem, cum potentia sit materialis, & non est necesse multiplicare sensum agentem, alioquin si semel in una potentia admitteretur, deberet in omnibus admitti, adeoque darentur potentie externæ decem, quod propter solam novitatem est odio habendum.

Probatur Conclusio secundò: Tum quia objectum totaliter producit species in medio, ergo etiam in sensu absque concursu potentie, cum non sit ratio, cur potentia requireretur ad earum productionem in ipsa potentia, cum antea fuerit ipsum objectum sufficiens, tamen quia si necessarius foret iste concursus, maximè ideo, quia species excederet in perfectione objectum prout contingit in specie intelligibili, sed hoc in presentiarum non evenit, ergo: probatur minor, quia species sensibilis materialis est & extensa, cum recipiatur in subiecto extenso, ergo non evenit propter perfectionem speciei. Unde quamvis species dici solet spiritualis & immaterialis, hoc tamen non est absolute intelligendum, quasi veram haberet spiritualitatem, sed relate ad ipsum objectum, quia non est ita sensibilis ac ipsum objectum, per hæc facillimè solvuntur ea, quæ contra opponi possunt vel solent de intellectu agente, nulla enim omnino est paritas.

QUÆSTIO VIII.

An dentur species sensibiles, & quid sint?

I. Anteresolutionem advertendum me hic non agere de specie Logica videlicet de predicato de pluribus numero differentibus,

nec de specie muliebris pulchritudinis; nec de speciebus expressis, quæ sunt ipsæmet sensationes & actus, quibus potentia sensitiva percipit suum objectum, sed de speciebus, quæ etiam vocantur intentionales & sensibiles, prout qualitates quædam sunt productæ & impressæ mediante diaphano ab objecto sensibili potentie sensitivæ, habentes similitudinem quorundam representativam objecti sensibilibus, ut eius simunus determinare potentiam, & cum ea concurrere ad percipiendum objectum sensibile. De similibus itaque queritur an dentur tam in potentiis internis, quam potentiis externis. Circa quam materiam multiplex est sententia. Oecchamus cum suis omnino negat dari species in ulla potentia; Hurtadus visum & auditum tantum species requirere asserit. Toletus insuper in olfactu; D. Thomas in omnibus sensibus exterioribus defendit; Oviedo contra in solo visu, ego rem hanc primitus in generali determinabo, in particulari post modum.

DICO I. Dantur species sensibiles tam in sensibus internis, quam externis. Est communis, & clarè deducitur ex SS. Patribus Augustino lib. 12. Gen. litt. cap. 6. dicit enim: *Hic vel alibi, vel Sol & quæcumq; alia corpora, sive Cælestia, sive terrestria & præsentia in suis formis, & absentia cogitantur, imaginibus animo impressis & factum hæc genera visionum, unum per corpora sensus, & alterum per spiritum, quo illa imagines continentur.* Et cap. 21. *Anima expressas corporalium rerum similitudines in spiritu vice corporum videt.* Et 10. *Contemplans cap. 3. discurrens de magnis & mirabilibus mundi quomodo ea contineat memoria. Dicit nec ea ræmen videndo absorbit, quando vult scire, nec ipsa sunt apud me sed imagines eorum.* Et cap. 9. *ait: Iste quippe res sensibiles non intramittunt ad eam, sed earum solum imagines miræ celeritate capiuntur.* Tandem lib. 11. *Trinit. cap. 2. dicit: Ratio colligimus nequaquam nos potuisse sentire, nisi præter in sensu nostro aliqua similitudo concepti corporis.* Idem sentit D. Bernardus serm. 6. in Cant. ubi docet, quod *Angeli nullo corpore eorum, rei ipsorum matris intuitu, intelligat res sibi præsentis supplet & actu intelligibiles, ergo alii sensu indigent rerum intuitu & speciebus, quia exceptio hæc mat regulam in contrarium.* Infra autem adducam eum admittentem species intelligibiles eadem est ratio de sensibilibus.

Probatur speciatim prima pars. Autoritate Philosophi lib. de mem. & remin: ubi ait, quod præteritorum recordari non possemus, nec de illis aliquem habere actum, nisi esset aliquid supplens vicem objecti, cum ad sensationem non sufficiat sola potentia, sed aliquid ultra requiritur, ergo cum in casu recordationis præteritorum objectum non sit præsens, debet aliquid admitti quod suppleat ipsius vices.

Probatur tertio: Tum ex eo, quia videmus bruta recordari præteritorum, tum quia in nobis ipsis dormientibus & somniantibus diversæ diversorum hominum olim notorum occurrunt species, quos tunc cognoscimus tanquam notos & præsentis, sed hoc saltem non potest, nisi dicatur quod dentur in sensu interno species, ergo admittendæ sunt. Probo

**Probatur etiam secunda pars,** primò authoritate Aristotelis, nam 2. An. t. 52. & 59. ait: *Sensum pati ab objecto*, quod non potest intelligi de alio, quàm de receptione specierum, deinde t. 74. ait, *objectum diffundere & multiplicare se in medio usq; ad sensum*, imò t. 121. inquit: *Sensum esse perceptivum formarum sine materia*; ergò dantur species sensibiles.

dicit eundem actum fieri ab objecto, & à potentia, ex quo nihil contra me deducitur, cum hoc pariter concedā, quamvis species penes admittā.

**Dico 3. Species sensibiles non sunt corpuscula,** vel substantia, sed qualitates de prima vel tertia specie, alterius omnino rationis ab objecto. Ita D. Augustinus lib. 10. Civ. c. 13. dicens: *Sicut sonus quo auditur sententia in silentio intelligentia non est hoc quod ipsa, ita & species qua visus est Deus in natura invisibilis non est quod ipse*: lib. 12. Gen. lit. 24. *Species non est hoc (objectum) sed similitudo*. Et lib. de decem chordis cap. 8. ait: *In Filio est imago tua secundum æqualitatem substantia, in speculo autem quam longe est à substantia, & tamen est imago quaedam tua, quamvis non talis, qualis in filio tuo secundum substantiam*. Tandem lib. 83. qq. q. 74. dicit: *In speculo est imago hominis, quia de illo expressa, est etiam necessario similitudo, non tamen æqualitas*. Quòd autem qualitas sit lib. 5. contra Julian. 14. sic adstruit: *Rerum corporaliū qualitates in res incorporales transire, quando formas corporū quas videmus habemus*. Est etiam Scoti 2. d. 3. q. 1. B. Mastrii & c.

VIII.

*Species non sunt corpuscula sed sunt qualitates.*

III. **Dices:** Augustinum & Aristotelem debere intelligi de actu sensationis; ergò nihil probant hæ authoritates. Sed Contra: Nam frequenter contingit, quòd sensus patiatu ab objecto non tamen per receptionem ipsius actus sensationis, ut patet de dormiente, qui à somno excitatur, per receptionem speciei sensibiles vehementis, & patitur ante sensationis actum; Item in oculo caeco sic manente permixto recipitur species objecti, & ab illo patitur, & tamen non videt, deinde ex ipso contextu contraria mens eorum clarè colligitur.

IV. **Probatur eadem pars secundò,** multis experientiis, nam soni, odores, fetores, colores, & percipiuntur in maxima distantia. Sol & Luna existentes supra nos apparent in aquis, res etiam à tergo positæ cernuntur in speculo; ergò necessariò dantur huiusmodi species.

V. **Dices:** Imagines in speculo non esse visibiles realiter extra objectum, sed esse meram actionem presentia rei visibilis potentis speculum attingere & suam figuram in eo efformare, quæ actio cum non sit actio vera, non habebit terminum realem, qui esset species, ergò. Contra: oculus est potentia realis materialis; ergò necessariò debet aliquid reale aspicere impressum in speculo à re post tergum existente, hoc autem esse nequit mera & pura actio ipsius presentia rei visibilis, nam cum actio sit relatio sub sensum non cadit, sicut non videmus calefactionem vel combustionem, sed ipsum calorem & ignem productum, sic etiam non ipsam actionem videbimus in speculo, sed terminum per eam productam, cum nihil aliud assignari possit, nam ipsa res utpote post tergum existens, adeoq; extra sphaeram activitatis potentia visiva.

VI. **Probatur tertio,** & meo videri efficacissimè, tum ex variete perspicillorum, quorū aliqua res majores, alia res minores, alia eminus vel cominus, representant, sicut etiam frequenter sæpius ut fit in polygono; tum ex eo, quòd si quis oculum cum palpebra deprimeret vel attolleret, idem omnino objectum conspiceret geminatum, quòd non potest provenire ab objecto, cum ipsum tantum sit unum, ergò ab alio, à nullo melius quàm à specie impressa, quæ non recta tunc ad oculum perveniret; ergò dantur huiusmodi species impressa.

VII. **Opponitur authoritas Aristotelis** lib. de sens. & sensib. c. 2. ubi improbat opinionem Democriti ponentis species ab objectis procedentes, imò 2. de Anima t. 141. ait, eundem actum esse rei sensibiles & sensus, ergò. Verum tamè ad primam authoritatem respondeo, Aristotelem non reprehendere Democritum ponentem species ab objectis procedentes, sed quia per receptionem earum posuit fieri sensationem, quòd etiam supra impugnavi; In secundo loco  
F. Amandi Hermann Physica.

**Probatur prima pars:** Tum ex eo quòd producantur ab objectis, quæ sunt accidentia; tum quia aliàs daretur corporum penetratio, nam in qualibet parte medi inveniuntur plures species diversorum objectorum; tum aliàs omnino impediretur respiratio, ergò species non sunt corpuscula vel substantia, ergò accidentia, non possunt autem esse de genere quantitatis ob easdem rationes, ergò erunt de genere vel specie qualitatum. Confirmatur ex supradictis, quia nulla substantia est de se sensibiles, sed species sensibiles sentiuntur, imò sunt rationes sentiendi, ergò non sunt substantia. Sed

**Dices:** Lumen est vera species sensibiles lucis etiam secundum nos, sed lumen est substantia, ergò; probatur minor, quia radii solares incidentes in foramen camini impediunt exitum fumi, sed hoc non præstarent nisi essent substantia & corpuscula, ergò. Respondeo concessā majore negando minore, ad cuius probationem nego majorem, nam hoc nõ faciunt radii solares, sed si experientia vera est, ipse aer affectus aliis quibusdam qualitatibus, si verò spiret, sicut ordinariè est ad ignem, ventus, ipsi erit hic effectus adscribendus.

**Probatur secunda pars,** tum ex Aristotele 2. An. t. 121. & 138. ubi species vocat formas sine materia, id est sine natura realis qualitatis sensibiles, non verò quòd sit sine materia, quæ est pars compositi, cum quodlibet accidens utpote forma simplex sit sine hac materia; tum ex Scoto 4. d. 44. q. 3. A. ubi dicit ignem duplicem posse habere actionem in corpore realem, unam intentionalem, alteram producendo speciem, quia species sensibiles non est omnino simpliciter ejusdem speciei cum ipso objecto: Tum deniq; ex ratione, quia nulla duo contraria naturaliter possunt esse in eodem subiecto, sed species summi albi & summi nigri naturaliter sunt in eodem subiecto, scilicet organo, ergò nõ sunt ejusdem rationis cum ipsa albedine & nigredine, quæ naturaliter sic simul esse nequeunt.

**Dices:** Hæc convenire objectis non ex propria natura, sed ut habeat essendi modum realem, non verò prout habent modum essendi

IX.

*Lumen non est substantia.*

X.

*Species sunt qualitates.*

XI.

*Dulcor ex responsione probatur non esse ejusdem rationis cum objectis.*

intentionalem, ideoque species intentionales contrariorum possunt esse simul in eodem objecto. Sed Contra, si objectis repugnat ut sint simul, in quantum habent esse reale, repugnat etiam in quantum habent esse intentionale; ergo non sunt ejusdem rationis, probatur antecedens, quae sunt ejusdem rationis & habent eandem essentiam, quidquid convenit vel repugnat uni, convenit vel repugnat alteri, cum praedicata convenientia vel repugnantia sequantur naturam & quidditatem rei; ergo si sunt ejusdem rationis in esse reali & intentionali, si repugnat esse simul in esse reali, repugnat etiam esse simul in esse intentionali, quod tamen falsum esse cernimus. Deinde illae species per medium diffusae corrumpuntur manente eadem re, sed implicat quod eadem essentia numero maneat & non maneat, imò species sunt talis naturae, ut tantum maneat manentibus objectis definantque ad definitiam eorum, sed objecta non sic definiunt, ergo. Nec valet recurrere ad diversum modum essendi, quia ut dictum est, sicut implicat quod praexistens producat vel reproducat, ita implicat, quod idem possit corrumpi & manere, quia sicut productio totum esse rei ponit nihil illius praesupponendo, ita corruptio totum esse tollit nihil illius relinquendo; ergo cum in corruptione specierum admittatur esse quod habebant totaliter amittent, non tantum secundum esse intentionale, sed etiam secundum esse reale, consequenter definirer Corpus Christi in Eucharistia secundum substantiam definirer pariter etiam in Caelo, cum sit eadem omnino substantia licet habeat diversum essendi modum.

## XII.

*Alia probatio ad idem.*

**Probatur eadem pars Conclusio-** nis secundae, & meo videri efficacissime, nam ideo ponunt Adversarii species esse ejusdem rationis cum objectis, quia debent representare objecta, sed haec ratio nullius est valoris, ergo: probatur minor, quia alioquin in intellectu angeli alicujus reperiretur quidditas hominis, a simi, bovis, cum eorum species in ipso sunt, sed hoc dici nequit, ergo. Deinde in sententia ipsorum, Angeli superiores intelligunt per pauciores species, quam inferiores, ita quod species superioris plura representet, quam species inferioris, sed si species essent ejusdem naturae cum objecto, sequeretur, quod eadem species esset ejusdem naturae cum rebus diversorum generum, verbi gratia, eadem species esset ejusdem naturae cum homine, Leone, bove, &c. sed hoc implicat, ergo.

## XIII.

*Explicatur Aristoteles.*

**Opponitur:** Secundum Aristotelem, lib. de mem. & remin. cap. 2. species diffusae habent se ut imagines & simulachra objecti, sed imago & similitudo est inter illa, quae sunt ejusdem rationis, ergo. Sed respondeo explicando Aristotelem dicit esse imagines formales, & ut medium cognitum, nego; tales enim sunt ejusdem rationis cum imaginato & representato, adeoque solum dixit, quod sint imagines virtutes & rationes representandi, si autem sufficeret ad imaginem & formalem similitudinem, ut aliquid sit ratio cognoscendi non quidem ipsum prius cognitum, tunc etiam possent dici formales imagines.

**Instatur:** Quod est ratio cognoscendi est etiam ratio continendi illud, quia continens aliquid quoad cognosci continet etiam illud quoad esse, sed species ex dictis sunt rationes cognoscendi objecta; ergo debebant etiam continere illa in essendo, adeoque erunt formales imagines & similitudines, ac ejusdem rationis. Sed respondeo distinguendo antecedens, quod ducit in cognitionem ut representativum alienum concedo, ut representativum proprium nego antecedens & consequentiam, datur enim vel saltem dari potest species impressa Divinae essentiae, quae est representativa illius & tamen illam non continet in essendo, quia non ducit ut objectum cognitum, sed solum ut ratio cognoscendi.

**Urgetur:** Species unius objecti nec potest representare aliud objectum non ob aliam rationem, quam quod species debeat continere perfectionem talis objecti, ita ut perfectioris objecti sit etiam perfectior species, ergo species propria debet continere entitatem & perfectionem objecti representati, aut sequeretur quod quaelibet species possit representare quodlibet objectum, quod falsum est, ergo. Sed respondeo distinguendo consequens, debet continere secundum esse reale proprium, nego, quoad esse intentionale & quoad cognosci concedo consequentiam, unde haec ratio est ut perfectioris objecti datur species perfectior & non sufficiat quaecunque ad representandum quodcunque objectum, quia species ab intellectu suo habet, quod sit virtualis similitudo objecti, unde perfectioris objecti est perfectior species, quia licet non contineat illam perfectionem in essendo, continet tamen in representando, & secundum esse intentionale, quod sufficit ut perfectioris objecti datur perfectior species. Ut dictam replicam melius intelligas particulariter examinandum duxi an species formalis similitudo objecti necne? Unde sit

## QUAESTIO IX.

*An species impressa sit formalis similitudo objecti?*

**Ante resolutionem** Adverteendum primò, similitudinem tripliciter sumi posse scilicet pro *Formali*, *Objectiva* & *Virtuali*, similitudo *Formalis* ea dicitur, quae objectum representat ad modum imaginis, sicut se habet actus cognitionis & intellectus ad *Objectivam*, quae se habet ut medium cognitum, & est imago alicujus rei quae prius cognita ducit in cognitionem sui prothotypi, ut imago Caesaris ducit me in cognitionem Caesaris: *Virtualis* denique illa dicitur, quae est quasi semen & virtus productiva illius, quod formaliter representat objectum, velut *Arts pictoria* potest dici virtualis similitudo hominis, quia est productiva imaginis formaliter representantis hominem, de his itaque quaeritur an species, cum sit similitudo objecti, debeat in se ipsa prius cognosci? vel si non habet se ut medium cognitum, sed solum ut ratio cognoscendi, an sit ratio formaliter representans, vel tantum virtualiter?

**Advertendum secundò:** Objectum diversimodè producere sui speciem dicitur.

Re, reflexe & refracte; directe producit tunc, quando per lineam rectam transfundit suam speciem per omnes partes medii interfacientis usque ad potentiam, vel ad aliud corpus, ad quod terminatur ejus actio, ita tamen ut medium sit ejusdem diaphaneitatis, densitatis, vel raritatis: Reflexe producitur species, quando corpore opaco impediendo ulteriorem productionem speciei reflectitur per eandem lineam, per quam est producta, ad ipsum objectum primo producens, unde autem reflexio oritur, dictum est supra: Refracte, seu fraite, quando impeditur ulterior ejus progressus directe, verumtamen non revertuntur per lineam rectam ad causam primo producentem, sed franguntur & rejiciuntur hinc inde ad latera corporis impediens, item quando transmittuntur species per media inaequalis diaphaneitatis, raritatis, vel densitatis, ut quando videntur per trigonum, polygonum &c. His praenotatis

si videatur species, quod sit formalis similitudo objecti, unde cum eo primo conveniendum esset in explicacione terminorum. Itaq;

**Probatur Conclusio** ex explicacione supra data, quid sit formalis & objectiva similitudo, quia videntur species colorum taliter, ut appareant omnino similes ipsis coloribus; ergo habent similitudinem objectivam cum ipsis coloribus, non realem tamen, sed intentionalem; consequentia videtur evidens, quia illud quod est natum, representare objectum prout est in se, & omnino quae in eo sunt, ac si ipsum objectum perciperetur est similitudo objectiva; antecedens patet pluribus experientis, quas ipse affert Doctor 2. d. 13. n. 24. videlicet quando lumen reflectitur ad cortinas, plantas virides, vitra colorata, unde parietes ad quos fuerint haec reflexiones, apparent virides, rubri, &c.

**Dices:** Non videri species sed ipsos colores reflexe sicut in speculo videtur ipsum objectum reflexe, ergo: antecedens est Doctoris, nam in 4. d. 10. q. 9. ad finem dicit: *Et haec est ratio, quare non videatur in speculo ipsa imago corporis multiplicata usq; ad speculum, sed ipsum corpus est imago.* Respondeo primo in gratiam Doctoris, negando consequentiam, disparitas est, quod quando videntur species coloris, non videntur per species reflexas, sed directas, unde ipsae videri debent, & non objectum, quod patet, quia videntur in corpore non nato reflectere nimirum in pariete, speculum autem est corpus natum reflectere. Respondeo secundo: Cum Pontio negando antecedens, quia eadem est ratio, & quod videantur species in pariete & in speculo reflexe, & in pariete directe.

**Dico 3.** Species non est formalis similitudo objecti in hoc videlicet sensu, quasi eadem entis as objecti sit sub modo essendi non naturali, sed representativo. Ita Maltrius contra Complutenses.

**Probatur,** tum ex quest. praecedente Concl. 3. Tum quia si species esset eadem objecti quidditas in representatione, ad quid postea prodesset species expressa, ad nihilum, quod est inconueniens & probatur, quia potentia sufficienter intelligeretur constituta tanquam formaliter cognoscens objectum, cuiq; esset assimilata intentionaliter per speciem formaliter representantem objectum; ergo species expressa ad nihilum amplius deserviret, ergo species non est formalis similitudo in sensu Complutensium. Sed

**Opponunt Complutenses** auctoritatem Aristotelis 2. de An. t. 63. ubi docet, Potentiam per receptionem specierum fieri talem, quale est ipsum objectum, ergo debent esse formalis similitudo objecti; probatur consequentia, quia si species non esset omnino eadem cum objecto, & similitudo formalis non fieret potentia per ipsam similis objecto, sed potius dissimilis, ergo. Verum respondeo explicando Aristotelem, eum scilicet velle, quod potentia fiat similis objecto in esse representativo & actu primo, non vero quod sit eadem natura cum objecto, sicut nec cognitio, quamvis representet lapidem est quidditas lapidis, alioquin deberet etiam lapidis esse vitalis sicut est cognitio.

Zzzz 2 Initatur;

Objectum aliquando dicitur ali. quando re. et sui sp.

III. Species non sunt similitudo objecti.

III.

III.

IV. Si ipsa videatur per modum objecti, dici poterit similitudo objectiva ejus.

IV.

IV.

III.

III.

III.

VI. Non est formalis similitudo.

VII. Explicatur Aristoteles.

XI.

Quae similitudo fundatur in natura.

**Instatur:** Similitudo fundatur in natura, sed species dicitur similitudo objecti; ergo debet esse eadem in natura, consequenter non valet distinctio de esse representativo & reali. Respondeo distinguendo maiorem, similitudo realis & mutua concedo maiorem, similitudo intentionalis nego: distingo etiam minorem, species dicitur similitudo objecti in natura & essentia nego, in representando concedo minorem, & nego utramque consequentiam.

Species expressa est tantum similitudo intentionalis.

**Urgetur:** Species expressa est similitudo formalis objecti, ergo & impressa; probatur consequentia, quia species expressa producit per impressionem totalitate effectus, licet non totalitate causae tanquam filius & verbum, sed verbum est similitudo formalis; ergo & illud quod producit illud. Sed respondeo negando consequentiam, ad cuius probationis maiorem, dico speciem expressam esse verbum & filium intentionalem, non verò realem, adeoq. licet sit formalis similitudo in representando, non est tamen in natura & essendo, quod autem intentionaliter procedit non debet semper esse simile in natura in essendo suo principio, quia sensatio non est similis potentiae, quae tamen est ejus principium, unde species est quaedam virtus seminalis objecti potentiae impressa, & ideo non debet esse similis objecto formaliter, sicut semen quod est virtus productiva viventis non est simile formaliter ipsi viventi.

VIII. Species potest dici formalis similitudo objecti.

**Dico 4.** Species prout differt à medio cognoscendi quod, & est medium cognoscendi quod, potest dici similitudo formalis objecti, si verò consideretur respectu & in comparatione ad actum, cognitionis non est nisi virtualis similitudo objecti. Hæc colligitur ex D. Augustino lib. 11. Trinit. cap. 2. ubi ait: Res visibilis gignit formam veluti similitudinem suam. Mastrio disp. 4. de an. q. 6. n. 111.

**Probatur prima pars:** Quia medium cognoscendi quod tantum virtualiter continet illud quod facit cognoscere, quia non se habet ut ratio cognoscendi, nec concurret cum potentia per exhibitionem propriæ entitatis, sed species concurret per exhibitionem propriæ entitatis, habetque se ut ratio cognoscendi; ergo in quantum differt à medio quod potest dici similitudo formalis objecti, cum tantum ad eam enumerata requirantur.

**Probatur secunda pars:** Quia species pertinet ad actum primum, constituitque; objectum actu cognoscibile, cognitio verò spectat ad actum secundum, constituitque; objectum actu cognitum, & reddit potentiam formaliter cognoscentem, sed quod tantum se habet habitualiter & est tale in actu primo congruentius dicitur tale tantum virtualiter, sicut quod est tale in actu secundo dicitur tale formaliter, ergo species in comparatione ad actum non erit nisi similitudo virtualis objecti.

IX. Sunt divisibiles.

**Dico 5.** Species sensibiles non solum divisibiles sunt subjective, seu in essendo, sed etiam objective & in representando. Colligitur ex Scoto 3. d. 8. q. un. infra A.

**Probatur primo** Autoritate S. Augustini lib. 2. lib. arb. cap. 14. dicentis: Species

omni visibili tanquam intumesce per locos, nec ubi tota est; ergo divisibilis est subjective, sed etiam objective, & in representando docet Epist. 151. ad Nebrid. dum ait eas & augeri & minui, his verbis: Mirum est, quod in imaginibus videmus, quæ specula referunt: nam quamvis vegetalia specula sunt non reddunt imagines majores, quam sint corpora etiam brevissima objecta. In parvis autem speculis sicut in pupillis oculorum, etsi magna facies ei opponat, brevissima imago pro modo speculi formatur. Ergo & imagines corporum minus licet si specula minuantur, augeri si auvantur non licet. Et tandem lib. 6. Mus. cap. 8. dicit: Nomen ipsi experimenti sunt per certum spatium temporis tendit in ipsi corporum formam, quæ ad oculos pertinet, profertur rotunda vel quadrata & omnino ferebat obliquè oculo versaremur. Cum autem aliqua pars aspicitur, si exciderit, quod est aspectum in alia profertur omnino judicanti intentio.

**Probatur secundo ratione &** in primis prima pars, tum quia omne accident receptum in subiecto quanto est extensum subiecti extensione, sed species recipitur in subiecto quanto, puta, organo &c. ergo ipsa quoque est extensa; tum à qualitate extensa & corporea non potest produci qualitas incorporea & spiritalis, sicut nec à substantia eigen potest substantia, nisi talis qualis illa est scilicet materialis à materiali, quæ proinde non potest spirituale producere, quia nihil agit nisi intra latitudinem sui objecti, sed species producit à qualitate extensa & corporea; ergo ipsa quoque talis est.

**Probatur secunda pars:** Si species non esset divisibilis in representando, in quod pars speciei solum partem objecti, & non speciei totum objectum representaret, sed pars etiam posset representare totum, sequeretur partem objecti quantitatis duorum palmorum, verbi gratia, non posse videri, neque representari secundum medietatem illius, sed hoc est falsum & contra omnem experientiam; ergo probatur sequela, nam ut representetur, illa medietas, requiritur species, sed si hæc est indivisibilis & indivisibiliter representat objectum, debet totum representare; ergo sequetur, quod nunquam posset videri medietas, sed semper deberet videri totum. Confirmatur primo in casu posito de objecto duorum palmorum, & visâ medietate illius, detegatur postea secundus palmus, seu altera medietas, quæ vel species representans primum palmum pendet in fieri & conservari à secundo palmo, vel solum à primo, si à secundo; ergo detecto palmo non manet illa species in esse, nam non manet causa à qua pendet in esse; si non, ergo divisibiliter producitur prima pars species à parte objecti, & tota species à toto objecto. Confirmatur secundò, si esset eadem species indivisibiliter representans objectum æqualiter videretur pars objecti remotior, ac propinquior quod est contra experientiam; ergo, probatur sequela, quia esset idem representativum indivisibiliter representans & eadè potentia, ergo. Sed in contra

**Arguitur:** Quandoquæ unum agens secundum multas partes concurret ad productionem alicujus, effectus est à qualibet parte

parte agentis & totus à toto agente, ita quòd non possit assignari, quòd hæc pars sit ab hæc parte agentis & illa ab altera, sed partes objecti in productione speciei se habent ut cause partiales integrantes unam totalem causam, ergò ita produunt speciem ut nulla pars speciei possit assignari, à qua causa sit producta, adeoque produunt indivisibiliter, minor est certa; probatur major: Quia totus ignis B. est à toto igne A. & totus à qualibet parte ipsius, cum omnes illæ partes ignis A. simul unitæ unicum genus, quod indivisibiliter se habet ad productionem ignis B. constituent; prout etiam se omnia agentia partialia habent in ordine ad suum effectum, ita quòd effectus ab omnibus partibus æqualiter dependeat totalitate effectus, ut patet de duobus trahentibus currum vel navium, &c. ergò. Sed Respondeo distinguendo majorem, quando illa agentia partialia concurrentia concurrunt ut agentia partialia respectu unius effectus totalis, & quando quodlibet eorum se junctim acceptum non est sufficiens ullo modo ad productionem effectus, concedo majorem: Quando plura agentia partialia concurrunt simul unita, ita tamen ut quodlibet illorum sua propria actione sit sufficiens ad effectum sibi correspondentem producendum nego majorem: In proposito autem partes visibiles in ordine ad productionem speciei se ita habent ut quælibet suâ virtute possit correspondentem sibi speciem producere, ita ut pars sit à parte, & tota à toto objecti.

effectum in ipsa receptum nego; loquendo de illa parte determinatæ quantitatis ad movere potentiam recipientem concedo consequentiam; nam visibile determinat sibi certam molem, ultra quam minorem videre non potest, unde cum quælibet pars objecti moveat totam potentiam, in totaque potentia causat propriam speciem, quapropter quælibet pars potentia totum objectum videt, & non partem solam, & quamvis partes speciei totius objecti divisibilis recipiantur in potentia ut in quodam indivisibili, ipsæ tamen species receptæ non repræsentant indivisibiliter, sed quælibet pars speciei respicit partem objecti, ut experientia patet, quare si objectum secundum unam partem esset alteri parti dissimile, perciperetur ut dissimile secundum illam partem, quod non contingeret, si repræsentaretur per speciem ut indivisibilem.

QUÆSTIO X.

De causa, & causatione specierum.

I.

In hac quæstione Examino tum quomodo species producantur, & à quo? Tum etiam quomodo ipsæ ad productionem actus, vel sensationis cum potentia concurrant, itaq; pro resolutione primæ partis tituli

II.

Dico I. Species sensuum externorum aliquando causantur ab objectis efficienter, aliquando ab alia specie impressa. Est communis, &

A quo causantur species sensuum externorum.

Probatur prima pars primò autoritate S. Augustini lib. 11. Civit. cap. 2. ubi ait: Res visibilibus gignit formam veluti similitudinem suam. Et cap. 8. dicit: Sensu accipit speciem à corpore quod sentimus. Similia habet cap. 9. pro conclusione quarta citandus. Secundò si non posset produci ab objectis, sed esset necessarius concursus potentia, hoc ideo esset, quia species in perfectione excederet objectum, sicut excedit species intelligibilis, sed hoc est falsum, ergò: probatur minor, quia species sensibilis educitur de potentia subjecti materialis, & est extensa, atque divisibilis, ergò est æquè materialis; nec obstat, quòd dicatur immaterialior objecto, nam sensus est, quòd sit minoris entitatis, & minus sensibilis. Confirmatur, tum quia cum objectum sit causa sufficiens earum, gratis recurreretur ad aliam concausam; tum quia objectum eas totaliter producit in medio, ergò etiam in potentia absq; concursu potentia.

Probatur secunda pars: Quia illud producit speciem impressam, quòd mediante aliâ immediatè percipitur ut quod, sed una species impressa percipitur mediante aliâ ut quod, ut patet de specie rubedinis, vel alterius coloris in pariete, aut charta, ergò species impressa aliquando producit aliam, unde si in speculo videtur species, & non ipsum objectum species illa in speculo producit aliam speciem in oculo tanquam causa totalis, si verò non videatur species in oculo, causabitur reflexè ab ipso objecto, quia ex oppositione corporis politici impeditur agere directè.

III.

Dices secundò: Sensibile per accidens non producit sui speciem. Ita Scotus in 1. d. 3. Zzzz 3

Sensibile per accidens non producit sui speciem.

XI.

Instatur: Si dum plura agentia concurrentia ad effectum producendum & habentia virtutem producendi se junctim partem, quodlibet illorum producit partem aliquam, sequeretur visibile magnæ quantitatis non posse in exigua pupilla oculi tot species ipsum objectum repræsentantes producere, quot partes visibiles continet, sed objectum magnæ quantitatis adhuc est per species in parva pupilla, ergò pars speciei non producit per partem & tota per totum, sed indivisibiliter. Respondeo negando sequelam, nam in pupilla oculi sunt tot partes repræsentantes objectum, quot partes visibiles sunt in ipso visibili, nec hoc est inconueniens, quia possunt plures partes speciei plurium visibilium imò contrariorum in eadem parte oculi contineri, cum non sint ejusdem rationis cum objectis.

XII.

Urgetur: Non est assignabilis aliqua pars pupille oculi, cui non insit species repræsentans totum objectum, seu quæ non percipiat totum objectum, ergò objectum respicit pupillam in causando speciem sui, ut quoddam indivisibile, ergò indivisibiliter in causando se habet; probatur hæc consequentia, quia quâ ratione respicit potentiam ut à visibili motam, eadem ratione respicit illam ut movens, ergò si potentia in recipiendo speciem objecti habet se ut indivisibile objectum, pariter in causando habebit se ut indivisibile, ergò tota species à qualibet parte objecti causabitur, & non pars à parte, & tota à toto. Respondeo distinguendo consequens, ergò objectum respicit potentiam in movendo & imprimendo in illa speciem sui ut quoddam indivisibile in ordine ad

q. 3. R. & in 2. d. 13. q. un. Contra Thomistas & Conimbricenses asserentes potentiam cogitativam apprehendendo speciem accidentis sensibilem eruere speciem substantiae latentem in hoc, ex quodam textu Aristotelis 3. an. t. 10. asserentis cognitionis hujus carnis singularis pertinere ad potentiam sensitivam, ubi tamen non docet cognitionem istam distinctè terminari ad individuum substantiae, ut substantia est, sed solum sensum internum singulare cognoscere, ut substat accidentibus quod est confusè, & implicite cognoscere, nec à nobis negatur, nec Augustinus, qui etiam in contrā citatur, aliud pretendit. Sed

**Probatur Conclusio:** Ideo potentia cogitativa possit hanc speciem eruere, quia ibi lateret, nam nisi ibi adesset, nunquam possit species illa elici, seu erui sicut quis non eruet thesaurum fossione, nisi in loco ubi fodit, lateat, sed ex hoc sequitur maximum inconveniens, scilicet mysterium Eucharistiae naturaliter esse cognoscibile, ergo non poterit potentia imaginativa eruere speciem; major est aduersariorum, probatur minor; quando adest substantia, potest potentia cogitativa eruere speciem ejus, & si non adest, non potest potentia cogitativa eruere speciem, sed in Eucharistia non est substantia, ergo potentia non potest eruere, consequenter naturaliter possit mysterium hoc cognoscere, quod tamen falsissimum est, ergo.

IV.  
Dens non producit illas species.

**Dices:** Occultari hoc mysterium per hoc, quod Deus producat in cogitativa speciem substantiae ac si adesset. Sed contra primò: Quia sic Deus concurreret immediate ad actum erroris, quod implicat, unde infideles excusabiles essent, nam illi talem speciem experirentur in seipsis, quam tamen tunc non deberent experiri. Contra secundò: Quia sensus externi non percipiunt substantiam, nec habent speciem, illius ergo neque sensus internus, cum illi se habent ut janua ad istum, ergo sub speciebus accidentium nequit latere substantiae species; cum hæc non possit transire per sensus externos.

V.  
Nec sensibile commune producit propriam.

**Dico tertio:** Probabilis est sensibile commune non producere propriam speciem, sed cognoscat per speciem proprii sensibilis modificatam a sensibili communi. In hac materia Scotus est problematicus, admittitque utramque partem tanquam probabilem, quamvis in nostram magis inclinet, nam in 4. d. 49. q. 13. ad. 1. negat Coelum, quamvis magnitudine præditum posse inmutare manum illud tangentem. Itaque

**Probatur Conclusio** de numero, motu, quiete, & figura, quia hæc omnia secundum id, quod formaliter dicunt, sunt aut non entia, aut relationes, sed non entia, & relationes non possunt causare speciem, ergo: probatur major ex dictis supra in hac Disp. q. 2. probatur etiam minor, quia non entia, & relationes sunt formalitates imperfectiores speciebus sensibilibus utpote quæ sunt entia absoluta de genere qualitatis, ergo non poterunt hasilla producere; Sed cum Arriaga

VI.

**Dices:** Quis sensibile commune potest sumi pro consistentia in loco, quæ consistentia

est ubicatio, sed ubicatio tam clarè à nobis dicitur, sicut videtur albedo ipsa, nam cognoscimus albedinem esse in hoc loco, ac albedinem ipsam in se, ergo sensibile commune potest producere speciem. Sed nimis inconsequenter loquitur Arriaga, nam cognoscimus equè albedinem esse circulearem, vel quadratam, ac ipsam in se, ergo si ex hoc capite dantur species quietis, seu ubicationis, dabuntur etiam aliorum sensibilium communium, quod tamen est contra Arriagam, ergo nec ipsius ubicationis dabitur.

**Probatur Conclusio** de magnitudine; si magnitudo causat speciem, vel eandem producit pro omnibus sensibus, vel unam pro uno, & aliam pro alio? Non primum, quia requirit eadem species plures sensus immutare, sicut enim quilibet habet proprium operandi modum, ita petit proprium motivum ab aliis distinctum; nec etiam secundum, quia quilibet sensibile sicut determinatam habet entitatem, ita determinatam immittit speciem, ergo magnitudo, & consequenter etiam multum aliud sensibile commune causabit propriam speciem. Confirmatur conclusio, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed sufficienter saluatur cognitio sensibilium communium per speciem sensibilis proprii, ergo. Sed in contra pro aduersariis

**Arguitur primò:** Species nata est representare objectum, à quo gignitur, ergo species coloris representabit colorem solum à quo producitur, non verò quantitatem seu magnitudinem, ergo magnitudo debet representari per aliam speciem. Respondeo negando consequentiam, quia species non solum debet representare colorem, sed etiam omnes affectiones illius, quæ concomitantur illum, unde quia sensibile commune semper invenitur cum sensibili proprio, species sensibilis proprii nata est representare utrumque.

**Instatur:** Quantitas est realiter distincta à colore, & magis distinguitur, quam loquitur ab eo, ergo si eadem species nequit representare colorem & sonum multò minus colorem & quantitatem. Respondeo negando consequentiam, disparitas est, quia color & sonus habent objecta disparata, disparatarum potentiarum, quantitas autem cum colore respectu oculi non habet se, ut disparatarum objectum, sed solum tanquam conditio & affectio coloris, ut reddatur potentia sensibilis.

**Urgetur:** Si sensibile commune non perciperetur nisi per speciem sensibilis proprii sensibile commune non distingueretur a sensibili per accidens, veluti est substantia, sed hoc est falsum, ergo. Respondeo negando maiorem, disparitas est, quia sensibile per accidens, nec movet potentiam, nec terminat actum sensationis, neque se solo, neque cum alio, sensibile autem commune per se movet potentiam & terminat actum non quidem se solo, sed multum sensibili proprio.

**Replicatur:** Si sensibile commune per se movet potentiam, & per se terminat actum, vel causat aliquid distinctum à specie sensibilis proprii, vel nihil? Si primum, ergo speciem, si

secundum; ergo non per se, sed per accidens percipitur. Respondeo quod sensibile nihil causet, negatur tamen consequentia, quia sensibile proprium ex se producit illam speciem objecti representantem objectum cum omnibus suis conditionibus & affectionibus, & hoc sufficit ut dicantur sensibilia per se, quatenus scilicet verè terminant actum sensationis.

IX.

De variabilibus affectionibus sensibilibus videntur sensibilia.

**Arguitur secundò:** Dum corpus album variat solum figuram, ut dum ex quadrato fit rotundum, sic nova visio, ergo & nova species, sed non sensibilis propria, ergo communis. Probatur subsumptum, quia sicut sensibile proprium idem permanet ita & eadem ejus species, ergo tota variatio erit ex parte speciei sensibilis communis. Respondeo negando subsumptum ad probationem dico quod licet maneat sensibile proprium, quia tamen variantur affectiones ejus, ideo etiam variari debet species cum hæc representare debeat objectum cum omnibus affectionibus, quia sicut istæ affectiones communes semper comitantur sensibile proprium, nec sine ipsis reperitur, ita dici poterit speciem esse talis naturæ, ut representet non solum objectum, sed etiam omnes affectiones concomitantes, sicut enim idem actus visionis representat objectum cum omnibus suis conditionibus individuantiis & affectionibus sensibilibus, & juxta variationem harum affectionum variatur actus, ita idem dicendum est de specie, & hæc est modificatio, quam in conclusione posuimus.

X.

De sensu interno producantur à sensatione sensus externi.

**Dico 4.** Species sensus interni producantur à sensatione sensus externi. Est communior contra Suarezium & Cavellum.

**Probatur primò:** Autoritate S. Augustini lib. II. Trinit. cap. 9. ubi dicit: *In hac distributione cum incipimus à specie corporis, & pervenimus usq; ad speciem, quæ sit in intuitu cogitantiis, quatuor species reperuntur quasi gradatim nata altera ex altera, secunda de prima, tertia de secunda, quarta de tertia. A specie quippe corporis exoritur ea quæ sit in sensu cernenti (expressa nempe) & ab hac ea quæ in memoria, & ab hac quæ sit in acie cogitantiis.*

**Probatur secundò ratione:** Quia non potest alia causa melior assignari, ergo: probatur antecedens, quia si posset aliqua assignari maximè potentia interna vel externa, vel species impressæ potentiarum exteriarum, vel ipsum objectum, supposita sensatione tanquam conditione sine qua non, sed nullum ex his convenienter assignari potest, ergo: probatur minor, non potentia interna, quia hoc est indifferens ad omnes alias species, ergo se sola non potest unam potius quam aliam producere, & consequenter debet determinari ad illas producendas ab aliquo alio, sed illud quodcumq; erit habebit ipsam sufficientem virtutem producendi illas, sicut objectum habet causalitatem respectu specierum exteriarum, ergo potentia interna non potest internas producere. Idem patet de potentia externa, est enim de utraque eadem ratio, nam potentia externa est æquè indifferens ac interna.

**Probatur:** Quod nec species impressa sensus externi, quia potest esse species externa in potentia externa, absq; eo quod causetur species externa, ut patet in dormientibus oculis apertis, in quibus sunt species externæ, nullæ tamen producuntur internæ, ergo. Quod nec denique objectum supposita sensatione, probatur tum quia non est intelligibile, quomodo sensatio esset conditio sine qua non, cum nullum positivum impedimentum sit, ut sit causa; tum quia eodem modo dici posset, quod actus non sufficienter concurrant ad habitus & habitus ad actus, quia similiter dici posset, quod essent conditiones in agendo. Denique, quia licet non daretur objectum à parte rei, quando perciperetur à potentia externa uti videretur esse possibile divinitus, adhuc produceretur species ejus in potentia interna, sed tunc non esset aliud à quo produceretur quam sensatio externa, ergo sensatio externa habet se solà virtutem producendi speciem internam.

**Dices:** Species interna representat objectum, ergo ab ipso debet produci; probatur consequentia, quia nihil debet representare nisi à quo producit, ergo si representat objectum ab ipso debet produci. Respondeo negando consequentiam, cujus probationis antecedens distingo, non debet representare nisi à quo producit immediate, nego, mediatè concedo antecedens, & nego consequentiam, unde quia sensatio est imago expressa objecti, quæ ipsum representat bene potest ab illa produci species in sensu interno.

XI.

Instantie plures contra predictam doctrinam.

**Instabis:** Si species sensus interni produceretur à sensatione sensus externi sive immediate, sive mediatè, sive totaliter, sive partialiter, deberet etiam ab illa dependere in conservari, sed hoc est falsum, ergo ab illa non produceretur, sed ab ipso objecto. Verum Respondeo negando sequelam majoris, multæ enim qualitates producantur efficienter ab aliqua causa, à qua tamen non conservantur, & licet externa sic dependeat ab objecto, tamen quia non habetur talis experientia de specie interna, non debet dici quod sic dependeat, maxime cum valde species interna accedat ad similitudinem specierum intelligibilium, quæ licet in fieri dependent à phantasmatis, non tamen sic dependent in conservari.

Nec refert quod à sensatione externa non conserventur.

**Urgebis:** Si species interna accedit magis ad species intelligibiles, ergo etiam in productione magis se habebunt sicut species intelligibiles; subsumo, sed species intelligibiles non producantur à sensatione sensus interni, ergo nec species interna à sensatione sensus externi produci poterit. Sed Respondeo negando consequentiam, cujus subsumptum distingo species intelligibiles non producantur à sensatione sensus interni totaliter, concedo; partialiter nego, nam intellectus agens unà cum phantasmate, seu sensatione sensus interni producit speciem intelligibilem.

**Replicabis:** Si species intelligibilis producit partialiter à phantasmate & ab intellectu agente, ergo etiam species interna producet partialiter à sensu interno & consequenter

Magna diffinitio est de intellectu agente.

quenter ad minus non erit causa totalis sensatio externa. Probatur consequentia, quia sensus internus eodem modo se habet ad suam speciem, sicut se habet intellectus agens ad suam, ergo. Sed Respondeo negando sequelam cum probatione, disparitas est, nam ideo requiritur concursus intellectus agentis ad suam speciem, quia species intelligibilis spiritualis est, adeoque debet habere aliquam causam spirituales, qualis non habetur præter intellectum, species autem sensus interni non est spiritualis, nec habet ullam conditionem, ob quam requirat concursum sensus interni magis quam species sensus externi requirit concursum sensus externi.

**Prosequeris arguere:** Si non requireretur concursus sensus interni, posset sensatio externa ubicunque esset, & quodcunque esset producere speciem internam sicut potest species externa, sed hoc est falsum, ergo: Probatur minor, quia saepe habetur sensatio, quando non producitur species interna, ut patet in casu, in quo potentia interna ita occupatur in consideratione alicujus objecti, ut non percipiant species aliorum objectorum per sensus externos perceptorum, ergo. Respondeo distinguendo, si nullum adsit impedimentum concedo; si adsit nego, potest enim contingere, quod deficient spiritus vitales in parte vicina propè sensationem in qua deberet produci species interna. Respondeo secundo concedendo majorem, negando minorem, & probationem, quia in illo casu licet non possit potentia interna sic occupata percipere objectum speciei, potest tamen recipere speciem, & uti illà in aliis occasionibus.

XII.  
In sensu interno non dantur species insensatas.

**Dico 5.** In sensu interno non dantur species insensatas. Ita D. Augustinus lib. II. Civit. cap. 8. dicens: Nam neg. colorem quem nunquam vidit, neg. figuram corporis, nec sonum quem nunquam audivit, nec saporem quem nunquam gustavit: nec odorem quem nunquam olfecit: nec ullam correctionem corporis, quam nunquam sensit, potest quisquam omnino cogitare. At si propterea nemo aliquid corporale cogitat, nisi quod sensit, quia nemo meminit corporale aliquid, nisi quod sensit, sicut in corporalibus sentiendi, sic in memoria est cogitandi modus: sensus enim accipit speciem à corpore, quod sentimus, & à sensu memoria, à memoria verò acies cogitantis.

**Probatur etiam ratione:** Quia sensus internus, verbi gratià, ovis videndo lupum, vel perciperet inimicitiam medià sensibili specie ipsius lupi, vel medià alia specie, vel nulla alia mediante, hoc tertium dici nequit, ut ex D. Augustino patet, quia ad cognitionem quamlibet sensitivam requiritur concursus objecti medià aliqua specie; non etiam primum, quia hæc species est ejusdem rationis ut existit in ove, & in altero lupo, ergo si ex se est representativa lupi, ut disconvenientis, non solum ovi hoc representabit, sed etiam alteri lupo; non secundum, tum quia illa species vel esset realiter, vel modaliter alia, quidquid dicatur contra eos est, quia in nobis tales alias species non experimur; tum quia deberent assignare causam quæ produceret talem aliam speciem

distinctam realiter à specie sensibili, vel modum superadditum, quam nunquam assignabunt sufficienter, nam potentia de se sunt indeterminate species & objectum sensatum representant tam bene lupo, ac ovi accidentia eadem externa, ergo.

**Dices contra primum:** Speciem lupi representare lupum sub ratione inimici tantum æstimatoris ovis, non verò æstimatoris alterius lupi, etiamsi hæc potentia sint ejusdem rationis, quia cognitio ista non dependet totaliter à specie, sed requiritur instinctus nature, qui, quia alius est lupi & alius ovis, hinc æstimator lupi percipit alium lupum ut amicum, æstimator verò ovis ut inimicum: Contra, species lupi etiam cum hoc naturali instinctu non sufficit, ut determinet potentiam ad concipiendum lupum sub ratione inimici vel disconvenientis, ergo nulla solutio, probatur antecedens; Iste instinctus non est aliud quam sympathia, vel Antipathia naturalis objecti, cum natura, ut quia natura lupi est naturaliter opposita nature ovis, non verò nature alterius lupi, æstimator ovis apprehendit illum ut disconvenientem, lupi verò ut convenientem, sed ex hac oppositione & doctrina sequeretur, quod quando aliquid habet naturalem convenientiam vel disconvenientiam cum alio natura, quod æstimator deberet percipere, quod est falsum, ergo: probatur minor, quia multe sunt herbe convenientes nobis, & nature nostræ, & tamen nec illas concipimus sub hac ratione, ex hoc capite tanquam convenientes vel disconvenientes, licet earum herbarum speciem apprehendamus, ergo ex eo quod apprehendatur species sensata lupi, & sint nature ovis disconvenientes, & oppositæ, non debet lupus concipi sub ratione inimici & disconvenientis, ergo non dantur tales species. Contra secundò species sensibiles non representant ut accidentia & non ipsam naturam, sed ipsa accidentia lupi, verbi gratià colores, figura, magnitudo, vox, non sunt disconvenientes ovi, sed ipsa natura, ergo nequeunt representare disconvenientiam. Sed principaliter contra conclusionem

**Opponitur:** Ovis fugit lupum non alià ratione, nisi quia est inimicus suis & nature ejus; hirundo colligit paleas & lutum, quia delectant sensum, sed quia materia opposita sunt ad nidificandum, ergo ovis percipit inimicitiam lupi, & hirundo utilitatem lutu & palarum, sed non sensibus externis, ergo interius, ergo sensus internus percipit tales rationes insensatas, adeoque dabitur species insensatas. Sed Respondeo negando antecedens, ovis enim fugit lupum propter aliquam molestiam quam sentit in se viso lupo, quam causat naturalis Antipathia, nec novum aliquid est, quod in natura aliquid fiat ex naturali antipathia vel sympathia, nam magnes naturaliter attrahit ferrum, ad presentiam verò allii, aut adamantis impeditur, item in nobis experimur quod viso objecto antequam in eo rationem convenientiam vel disconvenientiam concipiamus, naturali quodam amore vel odio in illud feramur. Quod autem in ove, & non in lupo causetur hæc molestia,

molestia, provenit ex diversitate complexio-  
num, sicut aliquibus hominibus odores displi-  
cent aliqui, qui contra placent aliis, de avi-  
bus similiter dico illas etiam instinctu naturæ  
moveri ad colligendas paleas absque ulla  
cognitione utilitatis.

**Instatur:** Si animalia non haberent fa-  
cultatem perceptivam specierum insensatarum,  
natura defecisset in necessariis, sed hoc non  
est dicendum, ergo: probatur major, quia sine  
illis nec ovis fugeret lupum, nec avis nidificaret,  
nec animalia cognoscerent herbas nocivas vel  
utiles. Respondeo negando majorem, suffi-  
cienter enim natura providit illis, tribuendo  
eis talem instinctum, ratione cujus exercent  
has operationes, absque eo quod percipiant  
rationes convenientiæ vel disconvenientiæ.

XV. **Notandum** tamen me negare non posse,  
quin post notitiam experimentalem bruta ap-  
prehendant convenientiam, vel disconvenien-  
tiam objecti, sic canis fugit hominem tenen-  
tem & levantem baculum contra eum, à quo  
aliquando percussus fuit, redeunt ad eundem  
locum, ubi beneficia experta fuerunt appetunt  
cibum, cujus suavitatem senserunt & similia,  
unde Conclusio intelligenda est non absolute  
de omnibus actibus sensus interni, sed de  
primis.

XVI. **Dico 6.** Species tam interna, quam externa  
concurrunt ad sensationem. Est Maltrii

**Probatur prima pars primò,**  
authoritate D. Augustini lib. 11. Trinit. c. 7.  
ubi hæc habet: *Visionis igitur illius, id est formæ,  
quæ fit in sensu cernentis (speciei expressæ) quasi  
parens est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa  
non vera, unde nec ista vera proles est: neq; enim  
omnino inde gignitur, quoniam aliud adhibetur cor-  
pori ut ex illo formetur, id est sensu videntis, veluti  
causæ partialis & magis principalis.* Et lib. 9.  
Trinit. cap. 2. universaliter sic docet: *Liquido  
tenendum est, quod omnium res, quæcumq; cognoscimus,  
congenerat in nobis notitiam sui, ab utroq; enim noti-  
tiam pariter à cognoscente & cognito; ergo si in  
omnibus objectum debet concurrere, si ipsum  
non erit præsens, vel non actu intelligibile  
concurreret tam externa, quam interna species  
veluti vicaria objecti.* Confirmatur ex Ari-  
stotele prima pars 2. An. 1. 59. & 60. ubi docet,  
potentiam non esse causam totalem, sed obje-  
ctum visibile & audibile activè ad actus con-  
currere; ergo idem dicendum de sensibus in-  
ternis.

**Probatur secundò ratione,** si  
non requireretur concursus objecti, sive imme-

diatè, sive mediatè per species sequeretur, quòd  
posset potentia quocumq; objectum sive præ-  
sens sive absens percipere & quocumque tem-  
pore, sed hoc est falsum, ergo.

**Dices:** Speciem quidem concurrere non  
activè tamen, sed solum disponendo, determi-  
nando & veluti conditio sine qua non. Sed  
Contra: tunc à posteriori cognoscimus aliquid  
esse causam alicujus effectus & non solum con-  
ditionem, quando in ipso effectum peculiaris ali-  
qua ratio, aut formalitas invenitur tali entitati,  
quæ causa dicitur correspondens, & quia talis  
formalitas non ponitur in effectum, nisi per talis  
causæ influxum, similitudo namq; semper arguit  
causalitatem; quia agens semper intendit sibi  
assimilare effectum, sed in actu sensationis in-  
venitur peculiaris ratio correspondens non solum  
potentiæ, qualis est vitalitas, sed etiam obje-  
cto, quæ est similitudo in representando; ergo  
species & objectum cum potentia activè con-  
currunt.

XVII.

Non possunt  
dici conditio-  
nes.

**Probatur secunda pars, ex Scoto**

XVIII.

nam 1. d. 3. q. 3. C. ait: *Oculum videre objectum  
per speciem: & q. 4. G. docet: Visionem fieri per  
speciem: & q. 6. R. ait: Species coloris representa-  
re organo colorem: & q. 9. N. inquit: Speciem sen-  
sibilem in oculo esse rationem cognoscendi.* Unde si  
alicubi alibi videtur dicere, quòd species se tan-  
tum habent, ut effectus præviis & non activè  
concurrere, intelligendus erit, quòd loquatur  
in sententia aliorum, maxime quia in 2. d. 9.  
q. 2. utitur hac doctrinâ, tanquam exemplo ad  
explicandam actionem in distans, quare Liche-  
tus dicit eum fuisse in hac materia problema-  
ticum.

**Probatur secundò:** Quia si species  
non concurrerent ad actum sensationis activè,  
sequeretur quòd etiam per spatium inane posset  
objectum videri, vel per medium densum, &  
obstaculo impeditum, sed hoc est falsum, ergo:  
probatur sequela; Quia potens agere in distans  
actione alterius rationis, quæ agit in medium, si  
hæc impeditur non per hoc cessat agere in di-  
stans, ut patet de Sole, qui in aërem agit illumi-  
nando, in visceribus terræ generando metalla,  
quamvis propter opacitatem non possit partes  
subterraneas illuminare; ergo licet objectum  
non posset producere species propter vacui, vel  
obstaculi impedimentum, adhuc posset ad vi-  
sionem concurrere cum potentia, quæ esset actio  
alterius rationis à productione specierum.

Confirmatur, quia aliàs istæ species su-  
perfluerent.

